bus ⁊ diuinis rationibus Inſuper omne quod probat aliquod per cauſaꝫ aut per effe
ctum eſt Scientia. Aſtrologia probat ſuas concluſiones per cauſam Et per effectum
ergo eſt ſcientia probat enim eclipſim per cauſam. ſcilicet per inter poſitionem Terre
aut Lune ⁊ manifeſtat eandem: ſcilicet per eclipſim: ⁊ probat etiam acciones Plane
tarum ad omnia elementa ac elementata per obliquos radios debiles aut directos ꝑ
pendiculares potentes per cauſam ipſorum. ac etiam per effectum ſpeculando cauſas
potentes vel debiles ex obliquitate aut rectitudine ⁊ etiam intelligentias ⁊ earum vir
tutes. Quam ob rem Aſtrologiam profiteri cogimur eſſe Scientiam veram atqꝫ Sa
pientiam per quam preteritorum ſumus memores ⁊ preſentia in melius augemus et
futura precognoſcimus: Ideo Scientiam vtilem probauimus: Per ipſam enim ſciun
tur in genituris latentes mentis cogitatus: Ac etiam naſcentium mores annorum vite
termini iuxta corporis temperiem preſignificantur. Et diuitie ⁊ felicitatis augmenta
⁊ an ſtabiles ac diuturne ſint an labiles ⁊ quibus rationibus labiles eſſent ⁊ formam
viri diuitias deſtruentis deſcribit ⁊ omnia circa hec accidentia predicere valet. Mato
rum quoqꝫ fratrum conditionem ⁊ dignitatem indicat ipſorumqꝫ cuꝫ natis amores ⁊
odia ac etiā omnia futura cum fratribus ⁊ patris ſtatum ⁊ hereditates paternas ac ea
rū finem ⁊ poſtremū in Rebus acquiſitis ab antiquis progeniei Bonum an econtra
prenuntiat. Et filiorum multitudinem an paucitatem Celi ſignificent: ⁊ an plures ma
res erunt an femine ⁊ eorum dignitatem preconcipit. Egritudines quoqꝫ detegit ⁊ an
proni ſint nati ad egritudines incurabiles per comunes artes ſicut Lepram Epilen
tiam appopleſiam ⁊ paralaſim ⁊ alias quoqꝫ egritudines concernit ⁊ an colerice vel
ſanguinee ſint vel melancolice ⁊ an flegmatice vel permixte ⁊ longe an breuis: ⁊ reli
quas corporis in comoditates ⁊ vxoris ſtatum ſignificat an vxoribus plures nati cōnu

biõ iungẽdi ſint ⁊ earum mores ac fidelitatem prenuntiat : ⁊ an felix ſit coniugium an econtra ⁊ propter coniugium nati bona conſequantur vel econtra vt cuidam Domino italico in Sexto climate continget quem propter coniugium non modica detrimenta varijs calamitatibus agitabunt cuius filij mortem in ſilentio pertranſibimus. Pater vero a ſuo loco compreſſurus greſſus Ciuitatem aqua circundatam in Poſterum colet. Et vxoris formam ac amorem ⁊ beniuolentiam circa virum: ⁊ que comodior forma vxoris erit pro viro hec enim ſcientia prenuntiat ⁊ mortis meduꝫ an felix vel i felix aut Ferro aut Igne vel pe caſuꝫ ab alto aut Veneno calido vel frigido, ⁊ per omnia genera proditionum vitam terminandam vaticinatur ⁊ Phiſonomiam ſeu formam latentis inimici qui hec ſcelera commitere velit detegere ac enuntiare pot eſt vbi per Mathematicas ſcientias pias Sapientia predictorum multis nati Aſtrologorum Conſilio vtentes obuiare valent : Et mors quoqꝫ ſi naturalis erit: ⁊ quo egritudinis genere vita erit terminanda ⁊ Annum Mortis vel timoris eiuſdem predicit ⁊ omnia anguſtiarum genera contingentia propalabuntur : ⁊ felicia itinera an per oppoſitum contingent ⁊ an feliciora erunt maritima vel terrena ⁊ prudentiam ſapientiam ac religionem natorum ⁊ omnia circa hec contingentia impedimenta deſcribit magiſterium poteſtatem ac ẽt natorum Regnũ declarat an dñatores ac Reges ſemp̃r erunt dominatu decorati aut Dominio priuentur an noua nanciſcentur regna omnemqꝫ excellentiam futuram preuaticinatur ⁊ facultates magnas an Celi ſignificent ⁊ ſubitam exaltacionem ⁊ magnum nomen ⁊ famam ⁊ quibus dignitatibus nati illuſtrentur: ⁊ ſi qua oppoſita inminerent deſcribit modum quo contingent ⁊ formas inimicorum aduerſa concitantium. Amicorum etiam multitudinem aut paucitatem ⁊ an amici ſint fideles vel econtra ⁊ quibus poterunt naſcentes magis Fidem adhibere ac eorum formam deſcribens ⁊ honorem ⁊ reuerentiam ⁊ ſpem bonam conſequantur ⁊ omnia que circa Amicos contingent indicantur . Inimicorum qnoqꝫ gradum Vaticinatur an inimici potentes ſint aut ſuperentur latentes quoqꝫ Inimicos detegit: qui eorum ſimulatione amici videntur eorum figuram ſeu formam deſcribens an plures vł pauci omnemqꝫ laborem propter inimicos vaticinatur ⁊ hec omnia per naſcettium horas : Ac regulas Ptolemei gradus aſcẽdentis ꝯpiendi ſapientia Aſtronomie predicere valet.

¶ Per annorum mundi reuolutiones ac magnas coniunctiones ⁊ eclipſes ⁊ Planetarum oppoſitiones: ac etiam quadraturas egritudines. Ac etiam ſanitates moreſqꝫ futuros Leges commutandas imperia ac inſtituta deſtruenda, ⁊ Regnorum mutationes ⁊ quem Regem conſequentur preuaticinatur: Eſtat quoqꝫ Scientia vtiliſſima in rebus eligendis per ipſam enim elicere poſſumus conſerentia noſtre Vite per hanc dies ⁊ hore eliguntur in rebus agendis vt Facultates acquiramus . ⁊ mala precaueamus. Et Pietatis Amore inſtruit Tempus : vt amicitie inter Fratres ⁊ Cõſãguineos ponantur: Ac etiam ad Leges diſcendas Domorum Caſtrorum atqꝫ Ciuitatum quoqꝫ Fundamenta iactanda inſtruit : Ut optimo ſint ſub ſidere ac Intelligentia fundata. Ut qui tales Domus Caſtra Ciuitates Culturi ſint ab optimo ſidere ac intelligentia regulentur. Docet quoqꝫ noſtros genitores colere vt ipſorum amorem noſtra. aſtronomica ſapieuti electione Solem atqꝫ Saturnum ⁊ reliquos eorum ſiſignificatores bonis celorum armonicis irradiationibus aptando ⁊ in eas Aſtrorum felices : ac benignas partes conſtituendo: vt eorum omnes virtute prediti filij conſequantur ⁊ paternis ſub optimis benedictionibus regulentur. Ipſoſqꝫ aſſiduue venerari valeant: Quare per celẽſtem ſapientiam diuina precepta obſeruare poterimus mandantia Ut noſtros genitores ⁊ ſenes preceptores deũqꝫ pientiſſimũ colamus Vineas Plantandas

arbores aquaſq; ducendas molendinaq; cõſtruenda et hereditates emendas ac poſſe
ſſiones ut tam hec q̄ etiam cuncta eligenda optimũ finẽ. Conſequantur hec nãq; ſa
pientia ſpecies multiplicare docet Tempora eligendo ut pueri generẽtur maſculi aut
femelle iuxta voluntatem genitorum querentium electiones ac etiaȝ alia animalia au
geri monet ⁊ munera mictenda vt bene recipiantur ac etiam cõuiuia vt hilarĳ vul
tu perficiantur Egritudines curare docet leniendo aut laſſando vel conſtringendo ⁊
ſeruos emendi vt celeſti regimine perterriti bene dominis famulentur. Virorum
coniugia eligit ⁊ alios amoris actus vt felicitatem conſequantur ⁊ inimicos malos ca
ſtra ac ciuitates ruere ac arma quibus victoriam nanciſcamur docet facultates quoq;
mortuorum adipiſci monet at etiam horam teſtamenti conficinedi vt teſtatoris pre
cepta obſeruẽt: ⁊ nr̃a vt ſint felicia itinera maritima aut terrena vel latẽtia naues vt fe
licius in mare ponãtur vt minus ſubmerſionibus ſubiciantur ac ciuitatũ introitus vai
lidi ſint vt q; ſcias omnes adiſcere valeamus. Dignitates etiam ac magiſteria vt adi
piſcamur ⁊ vt domini diuciusq; dominẽtur quȝ in dominatum ingrediuntur ac corona
exaltantur vt cum principes aut reges aloqui volumus gratiam conſequamur ⁊ om
nia magiſteria diſcẽda inſtruit amicitias hominum promiſſa vt obſeruentur ac vt po
ſtulata conſequamur. Ac etiam vt inimicos ſuperare valeamus.

Aſtrologia ergo eſt ſcientia vtiliſſima veriſſimis demõſtrationibꝰ cõperta prebens ſa
lutem corporis prudentiam ac ſapientiam augens ducens nos in cognitione creatoris
quia per ſenſibilia intellectualia congnoſcuntur cum oporteat intelligentem fantaſma
ta ſpeculari ſed cum inter omnes res viſibiles celeſtia corpora ab aſtrologia conſidera
ta Tum propter multitudinem ac etiã magnitudinem ſplendorem ac motum influen
ciam ⁊ permanentiam cum ſint vera entia ac ordinem miraq; vniformitate diuerſiſq;
virtutibus in dei cognitionem maxime nos inducunt quam rem diuinus vates demõ
ſtratiõe inquit Celi enarrant gloriam dei ⁊ opera manuuȝ eius annunciat firmamen
tum. Et ideo aſtronomia naturalis theologia appellanda eſt quia ſicud ſuperior theo
logia per fidem: ac patentiſſima Dei Miracula ſuper naturali ratione nos inducit.
In cognitionem creatoris ſic aſtrologia per naturales rationes creatorem nobis de
monſtrat. Veneremur ergo aſtrologiam ſapientiam diuinam atq; vniuerſalẽ demon
ſtrantẽ nobis cauſas vniuerſales ideas celeſtes ſcilicet intelligentias ⁊ primũ ens deũ
ſcilicet glorioſuȝ qui aſſidue benedicatur qui ſuo lumine Ita noſtros preceſſores. Ti
mocarem albactegnem Ptolomeum Albumaſarem ⁊ reliquos ſapientes inſtruxit
Vt eorum ingentiſſimo labore at ſpeculatiõe nobis ſciẽtias veras reliquerint que nã
q; ſcientie. Tum propter falſos ac ignaros olim in eccleſia ſuſpecte fuerunt: Ac etiaȝ
vt eccleſie libri magnifierent quoniaȝ tunc pululari ſeu componi inceperant: Vt non
tantũ magnifierent ſcientie naturales vt eorũ Theologia poſt poneretur. Et etiam
vt Stelle Tanq̄ dee non colerentur quibus ⁊ eorum erroribus eiectis eas quilibet
audacter confitetur eſſe veras. Non ergo veri ſapientes effectus neceſſarios aut que
ab Aſtrologia non intelligi ac neſciri poſſunt vaticinantur. Sed ea que vere ſciri Et
intelligi valeant vtiliter humano generi ac omnibus offerunt.
Deleantur ergo ambages cauillationes Sophiſinata proditioneſq; Sophiſtarum de
ſtruantur: Quare o Sophiſta cõprimas ⁊ os dialogo fineȝ imponamus: Quapropter
O vos omnes veritatis ſpeculatores ſine liuore inuidia colamus omnes ſcientias: atq;

ſapientias cunctoſqꝫ ſapientes veneremur vt ſcientie atqꝫ ſapientie olim maximo labo
re inuente non tanq̃ Sopite aliquantulum excitentur. Sed maximo cum ingenio au
geantur.

## Demonſtratio Tertia naturam humanam bipartitam eſſe oſtẽdit ⁊ Saturni ac Jo
uis naturam ⁊ mundi annos ⁊ auctorum diuerſorum opiniones.

Cum intellexerimus naturam humanam bipartitam eſſe vnam ſcilicet
eternam ⁊ inmortalem: alteram vero ab aſſidua elementorum armo
nia ſemoturam quapropter iuxta ſententiam albumaſaris in ſuo intro
ductorio: Et Auencene ⁊ Platonis a duobus regulari agẽtibus prin
cipalibus profiteri cogimur videlicet corporeo ⁊ intellectiuo: Quam
ob rem Celum motu lumine elementa concitat ⁊ omnia poſtremum
elementata intelligentie vero celeſtes tanq̃ ſuperiora agentia ⁊ vniuerſaliora ⁊ primo
Principio Diuino propinquiora Subſtantias intellectuales inferiores tuentur Hinc
oritur q̄ planetarum primus. ſcilicet Saturnus virtute Frigidus ⁊ ſiccus ⁊ quia ali
quando locus celi imperat aſtris quandoqꝫ natura gelida in liquorem conuertitur ob
ſcuros gignit colores ac Liquores fetidos. Intelligentia vero ſuam Spheram circum
uoluens homines ſuo imperio ſubditos graues prudẽtes cogitationibus pronos ma
gnis ac profondis conſilijs efficit: Quam ob rem Timorem ⁊ aliam vitam eternam
eorum conſilio premeditari eorumqꝫ animis terrorem incutit. Jdeo Saturnum legum
ſignificatorem ac etiam ſenum ⁊ regentium propter conſilium profundum ⁊ conſilia
rios regibus oportunum omnes Aſtronomie auctores conſtituerunt:

Jppiter vo ſcd̃s vꝫ Stella tẽperiẽ efficit liquidũ atqꝫ calidũ humorẽ ingerens vite pro
portionatum prolem ac ſpecies augens. Eius nanqꝫ intelligentia animi excellentiam in
tellectum ac Sapientiam largiens vaticiniorum interpretationes vera ⁊ omnia certa
influens honeſtatem fortitudinem temperantiam pacientiam Templa Diuinas Ceri
monias iura atqꝫ leges vberrime tribuit. Quam ob rem cõclamatum ⁊ vere cõclu
ſum ac expertum eſt a ſapientibus Albumaſare. ſcilicet in magnarum coniunctionum
libro Et Ptolemeo in Centiloquio ⁊ Meſſahala per Planetarum coniunctiones Et

65

octaui celi ſtationes elementa terraruꝫ fructus hominum complexiones mutari ac etiam corrumpi quapropter ⁊ hominum fantaſmata cogitationes leges inſtituta ⁊ imperia mutantur. Et vt vaticinium ordinem quendam ſorciatur de quibuſdaꝫ magnis cōiunctionibus ſit noſtrum exordium. Sꝫ quoniam magnarum coniunctionum tempora conſignare volumus radicem quandam a Mundi principio conſtituemus dimiſſis ſpeculationibus Ariſtotelicis de mundi eternitate cum pretulerit phiſicorum: octauo motum eternum ⁊ indeficientem ⁊ quod ab eterno: ⁊ in mutabili non emanet nouus actus: Idem in.12.methaphiſice ⁊ ſecundo celi ⁊ mundi neqꝫ factum eſt omne celum neqꝫ contingit corrumpi: Hec nanqꝫ diſſectatio nōn hic determinanda eſt preſupponēdo etatem primam a primo ſcilicet parente Adam ad Diluuium ſicut collegi a primo libro geneſis fuiſſe annos ſolares conſtantes ex 365.diebus ⁊ fractionibus.1656.licet inſpexerim quam plurimos auctores difformes in Mundi temporibus. Albumaſar in primo magnarum coniunctionum libro confitetur ab Adam vſqꝫ ad Diluuium fuiſſe annos.2226.Auguſtinus in Libro de Ciuitate dei prophitetur ab adam ad Diluuiū fuiſſe annos.2262.⁊ Vincentius in Hiſtoria.2242.Et Euſebius ſimiliter. Sed Hieronimi Sententia 2000.perfectos hec annos etas non perficit.Sed auctorum Sententiarum difformitas prima eſt propter anni diuerſitatem aliqui.4.menſium alij ſex annum conſtare dicunt.Secunda propter dimiſſionem temporum inter generationes.Tertia propter fractiones computatas pro anno integro. Quarto quoniam putant aliqui annos quibus decem generationes vixerunt non fuiſſe integros ac ſi calor naturalis non potuiſſet nutriri humido ſubſtantifico per illa annorum interſtitia conſignata Secundum ꝙ veritas diuina canit primo geneſeos.

**Demonſtratio quarta Patefacit Homines adeo ac celis regi: quapropter primam deus inſtituit Legem.**

C Onſentaneum rationi videtur ꝙ noſtre rationales animȩ non fortuitu corporibus inhereant noſtris ſed nutu diuinoqꝫ irradiante lumine a quo etiaꝫ regulentur. Quam ob rem celum liber.ſ.diuinus: ita ordinatum eſt ab illo primo independente motore vt optimum ſit inſtrumentū ad cuncta ſue obſequioſa Maieſtatis imperio perficienda. quam ob rem ad annos a Mundi origine.2365.Saturnus ⁊ Juppiter in Piſcium principio fuerunt coniuncti per motum medium ⁊ eorum vera coniunctio fuit in.gr.24.Aquarij ⁊ hec coniunctio in aquei trigoni fuit principio per mutationem triplicitatis vt legem moſaicam in terram influerēt ⁊ propter dominum.9.coniunctionis complexum cum Joue qui Saturnus ē ⁊ ꝓpter Aquarij ſignum cuius Saturnus eſt dominator ſignificauerunt legem iouialem ⁊ ſaturninā.Sed quoniam Saturnus non petit aliorum planetarum coniunctionem. ſed omnes alij accedunt ad ipſius conuentionem: Ideo omnes leges poſteriores eaꝫ confitentur ⁊ ipſa nullam fatetur iuxta ſententiam Albumaſaris: Et quoniam ſaturnus eſt ſicce nature ⁊ propter ſigni ſtabilitatem ideo Hebreorum lex conſtans ⁊ permanens eſt cū impreſſio in ſiccō facta ſit difficilis extractiōis hebebreorꝫ ꝯplexio hoc maxime patefacit ⁊ quia Saturnus eſt profundi conſilij vt pretactum eſt ideo cuꝫ tenacitate prudentia ⁊ ſapientia ⁊ conſilio eorum tuentur legem ⁊ quia eſt planetarum primus ideo vnum ſolum independentem in ſociatum primum motorem venerantur. Et propter Jouis complexum portendebat populum fecundum prole honeſtatem omniaqꝫ certa fortitudinem temperantiam patientiam ſapientiam iuſtiam ⁊ prophetias Templa

Cerimoniaſqꝫ Diuinas iura ⁊ Leges Hec Omnia ꝓpter Jouem diſpoſitorem loci coniunctionis : ⁊ Libram Signum iuſtitie nonum a coniunctione ꝓbantur per albumaſarem magnarum coniunctionum libꝛo tractatu primo differentia tertia ⁊ quarta ⁊ introductorio magno. Vt celeſtia poꝛtenta a nobis ꝓfata quendaꝫ catenatum nexum atqꝫ preſignanda conſequantur aliquos magnarum coniunctionum effectus indicabimus: Micuit ſaturni nanqꝫ cum Joue connexio in Scoꝛpione annno a mundi exoꝛdio.2444.vbi ꝓpheta Moſes ab alia coniunctione ſignificatusmanu potenti in lucem contulit que diuino iuxu celo ſic pedetentim influente precipiebantur. Quaꝫ ob rem perfectis quattuoꝛ ſolis circumuolutionibus egiptus contremeſcens diuinaqꝫ potentia ꝯquaſſatus atqꝫ conflictus muſcis vermibus ſanguine fame ſiti grandinibus ruinoſis peſteqꝫ totus concutiebatur egiptus nāqꝫ ſcorpioni ſubicitur iuxta ſententiā ptolemei.2.Quatripartiti. Si recte naturalis ptolemei ſapientia intelligatur: cuius triplicitatis domini ſunt Mars Venus ⁊ Mercurius ſcd̄m Ptolemeum ⁊ Mars occidētalis venus meridionalis plage dominatrix: Inter quas egiptum locatū Scoꝛpionis influxum ſuſcepiſſe naturaliter non veremur ſed hoc memoꝛandum fatemur ꝙ in ꝓuincijs gubernandis in medio mundi culture poſitis iuxta Haly Arodoan ſententiā oīa ſigna ⁊ planete eiſdem dominantur ideo leges ⁊ ſecte agentibus medias mundi ꝑtes celentibus venerantur prius ⁊ deinde ab alijs extremis nationibus accipiuntur. Nempe numerationis ſtudium non deſuit quin noſtro erecto oꝛe celeſtē armonicam ſeriē iuxta diuinā veritatē in geneſeos libꝛo pateſactam ſpecularemur ꝑꝑ quā vere reperiuntur motus ⁊ radices planetaꝝ ſine qua ⁊ tabulaꝝ numeros ⁊ radices ⁊ motus falſos eſſe demonſtrauimus ab adam vſqꝫ ad diluuium ⁊ a diluuio ad xp̄m vſqꝫ ad inuectiſſimum regem Alfonſum coꝛona exaltatum anno xp̄i.1494. Quā ob rem noſtrā numerationē geumetricis numeroꝝ ꝓpoꝛcionibus a Diuina veritate compꝛobatam veram eſſe profitemur.

Demonſtratio.5. De hebꝛeoꝛum victoꝛia contra duos Reges.

a Nno nāqꝫ mūdi.2484. Saturnus ⁊ iuppiter in piſcibus ꝯiuncti fuerunt: ſꝫ qa hebꝛeoꝝ ſunt ſignificatoꝛes. Ideo ſaturnus ⁊ Juppiter ſignū cōiunctionis magne mutate triplicitatis premētes victoꝛiā contra duos Reges og ⁊ ſihon indicauerunt: Cōmemoꝛetur hoc igitur hebꝛeos ꝑ planetaꝝ coniunctiones in aqueo trigono victoꝛiam nactos fuiſſe licet exagitationem atqꝫ iacturam habuerint ꝑius quam victoꝛiam conſequerentur.

Demonſtratio.6. De hebꝛeoꝛum iactura ⁊ dei inobedientia.

a Lia nanqꝫ coniunctio Jouis cū ſaturno fuit mundi anno.2603.in igneo Trigono Arietem compꝛimens ⁊ multas hebꝛaico populo conquaſſationes et paucam dei culturam impulit.

Demonſtratio.7. De genitura Samuelis ⁊ dauit.

a Nno mundi.2841. Duo ſuperioꝛes ponderoſi coniuncti in tauro indicauerūt ſamuelis ⁊ dauit genituram.

Demonſtratio.8. De initio regni dauit ⁊ ipſius declinatiōe ⁊ de tēpli edificatione.

a Lia coniunctio fuit Anno mundi.2884. in terreo trigono ſignificauit initium regni dauit poſtmodum anno mundi.2960.iteꝝ in eadem triplicitate coniuncti imperij Dauit declinatione influxerunt. Sed facta poſtmodum cōiunctione Saturni ⁊ Jouis i aquea triplicitate anno mundi.3397.hebreoꝛum Salutem poꝛtendebat: Et Paululum poſt Templum fuit edificatum. Et non mirum ꝙ triplicitas terrea cum planetis coniunctis ꝯ̄ dauid regnum inſurrexerunt:

quoniam. Hebreorum religio principium traxit ſuum in trigono aqueo oppoſito trigono Terreo & eo magis cũ ſignum Piſcium ſigno Virginis opponatur: Cuius Dominus eſt Mercurius & hoc eminẽter demõſtratur inferius perſequentẽ demõſtrationẽ

Demonſtratio.9. Decem tribus expulſos in montibus vltra flumen indicat.

m Undi anno.3499. Juppiter & Saturnus coniuncti fuerunt in geminoruꝫ principio cuius dominus eſt Mercurius. Quam ob rem decem tribus iſraelitici in captiuitatẽ montiuꝫ vltra Flumen repulſi fuerunt.

Demonſtratio.10. De ſcientia Hebreorum in ſecundo templo.

ſ Uit quoqꝫ anno mundi.3590. coniunctio Jouis cum Saturno in principio Ignei trigoni inuaſſo Leone: quapropter vberimam ſcientiam Hebraico populo flumenqꝫ diuinitatis hoc in ſecundo templo inſpirauit.

Demonſtratio vndecima de ſecta caldeorum.

d Ignum commemoratione videtur vt aliarum ſectarum breuiſſime iaꝫ preteritarum annotationem faciamus nam per coniunctionem Saturni & Jouis cum Martiis complexu in orbe fuit erecta inſolentia & Caldeoruꝫ Lex impulſa fuit & cum Mars ignee ſit nature incendiȷ ſacrificia caldei conficiebant: & diuinitatem commixtam igni ab ipſis creditam colebant aut Ignem mutari in Deum manentibus priſcis ſuis accidentibus credebant.

Demonſtratio duodecima Egiptiorum legem enumerat.

a Liud quoqꝫ in orbe fuit erectum crimen propter Jouis coniunctionẽ cum ſaturno ſoli cõnexã propter quam egiptioruꝫ Lex emanauit vbi ſolis militiam colebant & celeſtes imagines.

Demonſtratio.13. ſaracenoruꝫ pandit ſectaꝫ.

ſ Uit etiam Jouis & Saturni coniunctio cum Ueneris complexu & Saracenoꝝ emerſa atqꝫ influxa fuit lex que in luxus & concupiſcentias preruptos atqꝫ ipſos labſos contulit.

Demonſtratio.14. oſtendit qđ Philoſophari licet & chriſtianam indicat fidem: Et inſtituta & mores.

s I verum eſt ꝙ philoſophari liceat cum nobis mentẽ erectam atqꝫ rationalem deus impenderit vt Celum ſpectando prudentiores preceteris animalibus ſimus & ſuam veneremur Maieſtateꝫ cũ Celi narrent gloriam dei et firmamentum eius opera anunciet quapropter Celum eternitatis librum ſpeculum et exemplar immortalis dei eſſe non dubitamus vt ea que a mente diuina mundiqꝫ regina preconſcita ſint in eodem ſcripta & ſignata per organa celeſtia omni quaqꝫ micantia eſſe cum per omnem terram exeat ſonus & apparentia eorum vt omnes creature deum venerari ac cognoſcere poſſint, cum elementa ac etiam elementata diuerſis celoꝝ vertiginibus agitata ſonum & armonicos cantus ſeu ordines emittant & omnia ducunt nos in cognitionem creatoris vt eiuſdem profete ſententia eſtat qñ videbo Celos tuos opera digitorum tuorum Lunam Stellas que tu fundaſti quid ẽ homo ꝙ memor es eius aut Filius Hominis quoniam viſitas eum: Quapropter omnes Creature per celeſtes vniformes motus primum motorem Deum ſcilicet Glorioſum congnoſcere poſſunt oẽſqꝫ idolatrias expellendo ſed ſemper agitate mẽte ſuã infinitã Maieſtatem

intelligendo colant adorent atqꝫ venerentur: nempe aſtronomicis menſuris ac nume ris ⁊ coniunctionum proportionibus ac earundem coniunctionibus aſſerere ⁊ confite ri cogimur ãno mũdi. 3 7 9 4. fuiſſe iouis cũ Saturno cõiunctionẽ in ꝟgine cũ triplici tatis mutatione ex qua iudicium ⁊ ſcientiam iuxta autorum Aſtronomie Sententiam eliciemus per precedentia iam demonſtratum eſt legum mutationes per duorum ſupꝑ iorum complexum mutate triplicitatis cum domini noue celi ſedis ꝯmixtione in orbẽ accidere ideo cum mentis aciem erexerim ad hanc in Signo Virginis coniunctionẽ legem Mercurialez eſſe non dubitauimus ⁊ propter ſignum nonum a coniunctione cuius Venus eſt dña ⁊ Lune exaltationẽ ipſos ꝑticipes eſſe ꝯcluſimus: Sed Mercu rium principalem ſignificatorez aſſerimus quoniam ſigni Virginis eſt dominator qꝺ duos ponderoſos iam coniunctos ſuſcepit ſigni naturã deſcribendo Albumaſarem ſic dicentem Sexto ſui Introductorij. Imitabor Virgo ſignum ſterile bipartitũ tri forme in primo eius decano Aſcendit puella munda corpore decora vultu venuſta: ha bitu Modeſta crine prolixo Manu Geminas Ariſtas tenens ſupra Solium Aulea tum reſidens Puerum Nutriens Ac iure paſcens Puerum dico a quibuſdam na tionibus Nominatum Jeſum quem Grece Chriſtum dicimus. Quapropter Chriſtia ne religionis auctores chriſtum ex virgine eſſe natum profitentur ⁊ cum ſit ſignũ tri forme diuinitatem trinariam eſſe dixerunt ⁊ cum puer in illo decano aſcendat per iu uenem legem cõmutandam celi ſignificauerunt. Et quoniam dominus eius eſt Mer curius cuius naturam deſcribendo Albumaſarem ſeptimo ſui introductorij proſeque mur. Mercurius promiſcuus ad omnem cõmiſtionis aſcenſum eſt ⁊ ſignificator diui nitatis ⁊ fidei prophetie ſermonis diſcipline Doctoruz cum diſcipulis ingenij rationis eloquentie ſapientie exortacionis ſalubris argute deceptionis ex quo probabiles indu ctiones neceſſarij ſillogiſmi poetrie ac philoſophie ſtudiumqꝫ mathematicaruz ⁊ diui nationum ſecreta ⁊ ſortilegia cum augurijs ⁊ auſpicijs ⁊ librorum cõmentationibus ⁊ exercitatio cum eleganti nouitatis inuentione ac ſecretorum intellectu emanant ra rum inferens gaudium raraſqꝫ delitias: tenueſqꝫ voluptates prouidum Conſilium fa mam rumores ⁊ latentem ambitionem qua in re Albumaſarem imitando in Primo tractatu differentia tertia ⁊ quarta ſuam ſententiam in ſeptimo ſui Introductorij inſe rendo dicimus legem chriſtianam mercurialibus ſignificationibus eſſe imbutam ⁊ cõ fectam. Et ideo ſilogiſmis ⁊ argumentis ſermonibus perſuaſionibus roboratur atqꝫ te netur. Et quoniam Mercurius eſt valde mobilis Ideo hec fides non eſt multum fir ma. Sed vix eius precepta creduntur. Et quoniam cum Venere connexionem habet ideo templa ſculpturis ⁊ imaginibus muſicalibuſqꝫ melodijs ⁊ inſtrumentis ornãtur Et cum Venus ſignificet mulieres ⁊ orationes: ideo earum corpora venerantur ⁊ ꝑꝑ Lune cõmiſtionem que ſignificat populum hanc legem populum proſecuturã ſigni ficauit Veneris ſignificata iuxta Ptolemei ſententiam Tertio libro quatripartiti Ca pitulo. 12. ⁊ 13. vberrime demoſtrantur. Et quoniam Mercurius ſignificat intellectum ⁊ ſapientiam: Ideo diuinitatem cum humanitate coniunctam fuiſſe omnes Chriſtiane theologantes fidei canunt atqꝫ eiuſdem auctores confitentur regiones quibus hec pa te fieri deberẽt ſunt ille que a Virgine regũtur ⁊ eius oppoſito. Et Quadrato quare Albumaſarem imitando in ſexto Libro ſui Introductorij iudea ⁊ Gallilẽa cum con fimo eufratris ⁊ quedam perſie inſula a Virgine illuſtrantur. Et quoniam oppoſitoꝝ ſignorum conſtellationes diuerſorum ſunt effectuum vt patet Sole ingrediente Arie tis primordia omnia ex imis erigi ⁊ pululari videntur ⁊ generantur: introeunte vero Libre initia omnia decidere ac areſcere apparent ⁊ arbores arentia folia emittunt: et ordo Aſtronomicus ẽ vt planete vbi vim ⁊ exaltationẽ habeant in eius oppoſita ſede

detrimenta ſoꝛtiantur: Ideo ſi aſtronomice loqui volumus ac etiam vt regia poſtulat auctoꝛitas cum nil ficti regie Maieſtati offerendum ſit. Sed liberrimo corde omnia abſoluantur ac pateſiant ingenue legem mercurialem eſſe oppoſitam Legi Moſaice omnes Aſtronomie doctoꝛes confitentur que ſub ſigno piſciũ Virgini oppoſito olim illuſtrabatur. Sed chꝛiſtianas doctrinas pꝛoſequendo credere opoꝛtet Chriſtum non ad ſoluendam legem ſe contuliſſe ſed ad eam ad implendam pꝛofectum eſſe. Sed quoniam iuxta Sancti Thome ſententiam in pꝛima parte diuerſitatem pꝛincipioꝛum eſſe cãm diffoꝛmitatis effectuũ ꝯfiteri cogimur hinc ẽ ꝙ Fidei credita pꝛicipia oppoſitas ꝯcluſiones pariunt q̃ philoſophoꝝ fundamenta hinc ẽꝙ theologi ꝯfitentur Deuꝫ ſine celis ⁊ medijs cauſis poſſe effectus a ſua infinita Maieſtate emanari abſq; motu ſine celo abſq; elemẽtis ⁊ ſemotis omnibus alijs cauſis tã vniuerſaliſq̃ particularibus ſed per ipſum tanq̃ per cauſam cauſarum omnia pꝛoduci in iſtanti per ſuam infinitã intelligentiam id circo pꝛofitentur oppoſitas concluſiones q̃ philoſophi fateãtur ideo Legem Chriſtianam ſub Celoꝛum Imperio Minime Conſtitutam eſſe dicunt. Sed aſſerunt chꝛiſtum filium dei dominum celi ⁊ terre ⁊ chriſtianam legem nequaq̃ a celis gubernari ſed in mediate regi abſq; ſtellis ⁊ cauſis ſecundis a diuina Maieſtate ⁊ conſequenter Thomas aquinas in pꝛima parte dicit ꝙ virtus ⁊ perfectio attributa inferioꝛi agenti eminentioꝛi modo lucet ac eſt pꝛeſtantioꝛ in ſuperioꝛi qua de re cum Libertas hominis perfectioni attribuatur eminentioꝛi modo concedi ⁊ attribui debet perfectioni diuine: dicens: Si deus lib. rtate pꝛiuaretur ita ꝙ non poſſet non mouere eſſet imperfectior q̃ homo.

## Demonſtratio. 15. de Philoſophoꝛum opinionibus contra diuinarum legum inſtituta.

Philoſophantes vero oppoſitam aſſerunt ſententiam dicentes deum eẽ actũ ſimpliciſſimum puriſſimum ac ſemotum ab omni miſtione coꝛpoꝛea: ⁊ aſſerunt pꝛo impoſſibili intelligentiam maximam deum glorioſum incoꝛpoꝛari ⁊ licet plato ponat animas noſtras incarcerari coꝛpoꝛibus Non tamen vniri ſed tantum animas a celeſti ſede emanantes nobis tantum ad operationes intellectiuas perficiendas coꝛpoꝛibus noſtris inherere: tanto magis ſubſtantie abſtractiſſime Deo .ſ. glorioſo vnio inconuenit; Et hoc comẽtatoꝛ Auerois in tertio libro de Aĩa Ariſtotelis fatetur intellectum noſtrum eſſe vnicum ſuperatum in omnibus hominibus illuſtrantem animam noſtram rationalem virtutem cogitatiuam que ſm ipſum eſt educta de potentia materie generabilis ⁊ coꝛruptibilis quem intellectum eſſe infimum intelligentiarum ⁊ eternum ad totam humanam ſpeciem illſtrandam impenſum aſſerit Et conſequenter negant philoſophi deum eſſe perfectioꝛem pꝛopter libertatẽ Immo aſſerunt potius libertatem addere imperfectionem deo quoniam libertas eſt ad oppoſita videlicet ad bonum ⁊ ad malum cum in deo non oppoſite operationes: neq; male cadant ſed ſemper vnifoꝛmiter agit quia eſt actus puriſſimus quare deum eſſe agens neceſſarium dicunt ſemper mouentem ⁊ ꝙ ab eterno mouit ⁊ per infinitum tempus mouebit ⁊ nullam nouitatem Diuine menti accidere dicunt ꝙ velit non mouere: vel non mouiſſe ⁊ deum actu vnifoꝛmi magnifaciunt ⁊ eternam vnifoꝛmemq; agitationeꝫ

dei perfectionem eſſe autumant: Quare non operationem que eſt ad oppoſita ſi Deo attribueretur hec libertas Monendi ⁊ non Agitandi. Et ideo vndiqꝫ ſunt anguſtie ⁊ ſecundum Prophetam dicimus: Poſuit mundum Deus in diſectationibus vt nature ſecreta ſue Maieſtatis ignorarentur: Hoc idem aſſerit Scelomon Dicens. Quis nouit ſi Spiritus Filiorum adde aſcendant ſurſum ⁊ ſi Spiritus iumentorum deſcendant deorſum: Quam ob rem dimittamus Dei archana inquirendo tantum res patentes Celeſtes quas in libro ſue vniuerſitatis deſcripſit vt ſuam Maieſtatem Veneraremur ⁊ futura predicere per Stellas micanter ac intelligentias valeamus ⁊ reliqua ſue Maieſtatis ſecreta dimitantur ⁊ intellectum noſtrum victum ac deficientem eſſe ad tanta ſue Maieſtatis recondita capeſcenda conſiteamur ⁊ Deum ſolum Celi et Terre Creatorem qui ſua Infinita bonitate cuncta gubernat protegit atqꝫ defendit cuius miracula ſuis ſacratiſſimis nominibus per Virtutem impoſitam minus noxijs pateſiunt vnde ſi angelis celis precioſis lapidibus ac Herbis infuſa eſt adeo Virtus vt miranda perficiant: quare Deum virtute infinita omnia perficere Creare: audaces negare audent ſubeciatur ergo virtus intellectiua deficiens noſtra ad tantam Infinitã diuinamqꝫ maieſtatem intelligendam ⁊ ſue vere legi ac iubſis pareamus. Ad aſtronomica ergo Celum ſpectando animum conuertendo qui ab eo per eius lumina vndiqꝫ micãtia tanq̃ per veicula corpori aſſociatur: Speculati ĝ fuimus anno mundi. 4033. Jouis cum Saturno amplexum in Libra ſignificaſſe augmentum fidei chriſtiane atqꝫ Diuicias hoc enim per omnes aſtronomie auctores probatur confitentes ſecundã domum ſignificare ſubſtantiam ⁊ Diuicias ⁊ cum. Libra ſit ſecundum Signum a Virgine in quo fuit coniunctio oſtendens Chriſtianam legem. Ideofelicitatis augmenta portendebat ⁊ hec per Conſtantinum Imperatorem vberrime oblata fuerunt Et cum Libra Rome dominatum ſibi vendicauerit: Vbi Chriſtiana ſocietas ſedem poſuerat ſuam ibi effectus patefieri Celi ſignificauerunt. Non mirum iuxta Manilij Sententiam Libram Rome dominari cum ſit ſignum iuſtitie: vbi Roma toti mundo iuſtitiam miniſtrauit in Libra quoqꝫ Saturnus exaltatur. Ideo Romani quandã animi truculentiam preſeferunt que per eius liuidos atqꝫ Saturninos vultus pateſit.

Demonſtratio. 16. De ſecta mahume ctana.

n Unc autem Conſtellationem Pernicioſam Virtutibus Scientijſqꝫ obſtantem meſto ac ploranti animo deſcribere videtur cum Mundi anno. 4271. Juppiter ⁊ Saturnus in Scorpione coniũcti fuerint ad aqueum trigonum conuerſi cum Lune complexu ac etiam bellicoſa Martis Irradiatione: Quare Legem illam Mahumectanam ſigniſicauerunt que omnia rudia groſſa ⁊ popularia voluptates Vitia Scelera Luxus atqꝫ Rapinas Bella Prelia ⁊ Sanguinis effuſionem precipit. Et Hec Celi quoqꝫ ſignificauerunt Scorpio enim Martis eſt Domicilium: Quare Prelia amplectitur ⁊ luxus auget. Et cum nonum a coniunctione Signum ſit Cancer cuius Dominatrix eſt Luna. Ideo Legem Mahumectanam luminarem et marcialem eſſe probauimus Secundum albumaſarem magnarum coniunctionum Libro Primo differentia tertia ⁊ Quarta Et cum Luna ſignificet Populum rudem qui ab omni peritia ſe iunctus eſt omnium aſtronomie auctorũ auctoritate, Ideo Lex illa Rudis

⁊ craſſa popularis eſt et ſcientiarum inimica ſicut vulgus quoqꝫ eſt ⁊ propter martis dominatum non ſillogiſmis ſe ipſam tueri precipit ſed armis hinc eſt qꝫ qui minimuꝫ contra eorum legem obloqueretur ferro trucidaretur Et cum Luna ſit valde mobilis iuxta terram preceteris alijs erraticis: Jdeo alias leges vehementer annihilabit ⁊ ipſa lex non diu dominium proſequetur ⁊ Julius vero firmius ⁊ ſimiliter Hermes a mundi creatione vſqꝫ ad finem eius quinqꝫ planetis dominium aſcribunt ⁊ Lunam omnibus participem eſſe que poſt aduentum eius ad Mercurij complexum referūt quid in hac poteſt inueniri diſpoſitione ſubtilius purgatis Agreſtibus ſtudijs repertis artibus ⁊ diſciplinis ⁊ quia compoſitus per diuerſos actus ſe acuit ⁊ quia mobilis ingenium in hunc vnumqꝫ vite curſum ſeruare non poteſt: ex varijs inſtitutis Moribus vt patet malicie creuit improbitas et vite ſcelerum flagitia genus hominū hec tempore facinoroſa machinationibus adinuenit ⁊ tradidit hac ex cauſa vltimum hoc tempus in quo iam ſumus Mercurio tradendum eſſe probauerunt ⁊ mutationem habendi genus hominum plenam malitiam concitare poteſtatem. Tantum ergo creuit: malitie ſcelus vt non pudeat humanos prime cauſe honorem gloriam atqꝫ poteſtateꝫ ſibi vendicaſſe.

Demonſtratio.17. De prima coniunctione Jouis ⁊ Saturni magna mala influente.

p

Eſt quam premiſimus Aqueum trigonum pernitioſam Saturni ⁊ Jouis coniunctionem ſumpſiſſe per eorum mutatam trinariam naturam quaꝫ ob rem coniunctiones eiuſdem notande ſunt quarum prima eſt tanquam origo germinans ſecunda producens florem. tertia vero tanꝙ flos gignes fructus Quarta vero fructꝰ completos parit: fuit ergo anno Chriſti.1306. imperfecto Saturni ⁊ Jouis coniunctio per triplicitatis mutationem ex aerea in aqueam in Scorpionis principio quare effectus coniunctionis tanꝙ radix terre ſubmerſa latitans fuit hec .n. propter ſigni fixionem vſqꝫ ad alias Scorpionis coniunctiones effectus parere nequiuit: tamen per minores etiam complexus infortunia inferētes terrarum ſubmerſiōes naufragia et peſtiferos morbos propter ventorum peſtiferam agitationem vt teſtis eſt Jpocras: Tertia amphoriſmorum particula ac etiam Sanguinis effuſionem latenter populo chriſtiano augebat ⁊ cum Saturnus in auge aſcendens et Jnppiter depreſſior in Scorpionis ſigno Quoniam ambo ibidem infortunantur damnum ⁊ naufragia ex Saturno vt Haly propoſitione centiloquij.55. fatetur et poſtremum ſanguinis effuſionem propter ſigni marcialem naturam.

Demonſtratio.18. de.2.3.4. Magnis coniunctionibus multa mala impendentibus ſciſma in pontificis electiōe et iacturam flandrie ac ſciſma et victoriam eccleſie et iterum de ſciſmatis excitatione.

ſ

Ecunda vero magna coniunctio Jouis et Saturni fuit anno Chriſti.1365: in completo trigeſimo die octobris octauum Scorpionis comprimes gradū nec aliqua ſiderea virtute complexorum pernicies beniuola Radiatione fuit correpta ſed potius propter ſtellam marcialem. Jn.8. ſcorpionis gradu ſenſim labentem magnates et dominos mutos reddit hoc Ptolemeus cōfirmare videtur Lunam Marti vel Saturno in tali gradu coniunctā corporibus ſenſibiliter nocere fatetur. Dorotheus.8. et nonum ac decimum ſcorpionis gradus nocuos eſſe retulit propter quam ergo coniunctionem et mercurij eidem applicationem propter volubilem ſui naturam coniunctorum naturam corroborauit. Nam quecunqꝫ infortunarum fuerit fortior Mercurij naturā in coniunctione ſibi vendicat quare Albumaſarē

383

imitando libro coniunctionum magnaruz tractatu ſexto differentia prima Saturnus ſuperior Joue non modica mala chriſtianis deſignauit que tamen anno Chriſti.1376. Mercurius circa Piſciuz principia Saturno coniunctus fuit ꝛ Joue in Uirgine circa diametralem radiationem retrocedente magnum in clero agitatum fuit conſilium vt pontifex eligeretur ꝛ cum ſciſmate tñ terminatuz fuit ꝛ ſequẽti anno .1377. in aprili Mars cum Saturno in Piſcibus ꝛ Joue in Libra retrocedente ꝯiunctio hec flandriam vexauit. ꝛ vltra biennium iterum facta coniunctione infortunarum in Arietis medio effecus patentior fuit inſuper anno Chriſti.1378. Iterum Mercurius coniunctus fuit Saturno in marcio circa Arietis principium ꝛ Joue in Scorpionis cauda labẽte retrogrado magnũ fuit inceptũ ſciſma ꝛ ſequenti Anno gandaui mur mur incepit.ſed iſtis pernicioſis coniunctionibus elapſis Anno chriſti.1385. magna fuit coniunctio Saturni ꝛ Jouis in Cancri principio ꝛ cuz in hoc amplexu Juppiter fuerit in ſua exaltatione ꝛ etiam ſupra Saturnum aſcendens: Quare iuſtitiam ac victoriam Eccleſia conſecuta fuit: Et propter ſigni incoſtantiam cito peperit effectum quod per Francie Regem precedentia ad equitatem fuerunt redacta quoniam francia Cancro regimini ſupponitur per Albumaſaris doctrinam tractatu.4.magnarum coniunctionum differentia vltima. Sed eodem anno poſt coniunctionem predictaṁ Juppiter corporaliter ꝛ Mars ac Mercurius in prima facie Cancri Saturnum inuaſerunt ꝛ quoniam Juppiter ꝛ Mercurius oppreſſi fuerunt ab infortunis qui chriſtiane legis ſunt ſignificatores Ideo in regno francie excitatum fuit tantum ſciſma ꝛ partibus circumiacentibus vt clerici ad obedientiaz clementis ꝛ brachio ſeculari compellerentur.

Demonſtratio Decimanona De iactura ducis burgundie: ac etiam chriſtianorum ꝛ de ſciſmate in pontificis electione.

Inſuper anno chriſti.13 95. Septembris menſe coniunctus fuit Mars Saturno i prima Scorpionis facie ꝛ Juppiter in Tauri Calce retrogradus. iterum Nouembre eodem anno coniunctus fuit Mercurius Saturno circa Scorpionis medium ioue per inceſſum retrogradum tendente ad diametralem coniunctorum irradiationem ꝛ ſequenti anno Burgundie Dux cum Chriſtianis captus ꝛ plures ceſi fuerunt ꝛ ſciſma auctum fuit vſqꝫ adeo ꝙ vltra duos põtifices Tertius per piſanum conſiliũ eligeretur ꝛ maxima fuit humanorum peſtilencia licet preceſſerat coniunctio infortunarum in Sagittario ꝛ Juppiter in Uirgine ꝑ quaternum ſignorum intuitum applicatus.

Demonſtratio vigeſima de ſciſmatis innouatione.

Poſtmodum anno chriſti.1405.commota eſt hec ſuperior Coniunctio ad aeream ſignorum trinariam.25. aquarij occupando ꝛ cum eodẽ anno tres planete ponderoſi in piſcibus applicati fuerint non tamen coniuncti: Iterum ſciſmatis nouitas creuit.

Demonſtratio.21:plures continet Coniunctiones bonas ꝛ malas influentes ſciſma inter cleros penuriam in mundo ꝛ peſtem.

Tertia aũt magna coniunctio iouis ꝛ Saturni lapſa fuit anno xpi.1425. Sz prius ꝙ Juppiter veram ꝯiunctionem attingeret retrocedere incepit ſed ꝑ ſtationem ꝛ retrogradationẽ ꝛ directionem ter ſunt coniuncti in proxia coniunctione a Principio.ſ. ianuarij vſqꝫ ad finem ſeptembris vltra duos

gradus nõn diſtabant ⁊ in aſpectibꝰ planetarum modo retrocedentes modo ſtationa
rij ſub Scorpionis rectitudineꝫ perpendiculari linea labebantur. Sed propter ſigni
ſtabilitatem effectus non ſic cito patuit ⁊ eodem Anno Mars ⁊ Mercurius eiſdem
corporaliter in octobre applicati fuerunt ⁊ cum effectuuꝫ delatio ſiat a Saturno: ⁊ fe
ſtina commutatio a Marte. Ideo Martis influentia in francia protinus apparuit poſt
modum vero anno.1435. In ianuario Mercurius iunctus fuit Saturno in piſciuꝫ ini
tia ⁊ per eius retrogradationẽ eidẽ corporaliter in februario aplicuit ⁊ per directionẽ
in marcio ⁊ Ioue in Virginis medio ſemper exiſtente retrogrado profundum conſi
lium inter cleros effecit cum ſciſmate tamen terminatum ⁊ anno eodem infine Iulij
fuit martis cum Saturno complexus circa.ix.piſcium gradum Saturno autem retro
cedente ⁊ Mars primam ſtationem continebat ⁊ Ioue directo circa vigeſimum Vir
ginis. Et iterum hec coniunctio in Octobris medio in piſcibus Marte directo ⁊ Sa
turno inſtationem ſecundam meantibus. Tunc enim incepit magna cõiunctio Satur
ni ⁊ Iouis que fuit in Scorpione ſuos euomere effectus: quare penuriam tribulatio
nem ⁊ peſtilentiam precipitauit: Sed per coniunctionem infortunarum Arietem com
primentium anno.1437.⁊ Ioue retroeunte in Scorpionis decima parte.ideo peſtilen
tia ⁊ magne infelicitates aucte fuerunt ⁊ eodem anno Martij circa medium preceſſe
rat coniunctio Saturni ⁊ Mercurij in arietis principio ⁊ Ioue peruerſo itinere me
ante.19.Scorpionis partem premente ⁊ tunc ſciſma editum fuit. Quare concluſimus
precedentes coniunctiones ſciſmata ⁊: peſtilentias in orbem concitaſſe atqꝫ influxiſſe.
Deinceps Anno Chriſti.1444.fuit coniunctio Saturni ⁊ iouis in parte decima Can
cri Die.vigeſimo tertio iulij ⁊ cuꝫ iuppiter fuerit in ſua exaltatione ⁊ in ſue augis cir
culo ſupra Saturuum eleuatus portendebat coniunctio hec habundantiam: ⁊ prece
dentium malarum coniunctionum influxus mites reddere ⁊ cum Mercurius.4. Vir
ginis partem teneret in ſua domo Aſcendendens in augem ſui Circuli ad benignum
coniunctorum tendens aſpectum. Qui cum Ioue Chriſtianam fouet legem. Quare
cum in hac coniunctione vterqꝫ fuerit fortis ⁊ in eorum dignitatibus Chriſtianaꝫ Le
geꝫ proſperitatem ⁊ honorem nacturam ſignificaunt. Quam ob rem per hanc feliceꝫ
coniunctionem Sciſmatibus ſilentium impoſitum fuit. Inſuper anno Chriſti.1447.
in ſeptembre fuit Coniunctio Martis cum Saturno in Tertio Leonis decano ⁊ iup
piter obſeſſus inter Solem ⁊ Dragonis Caudam in principio Libre ⁊ ⁊ fuit occiden
talis ac etiam Combuſtus. Quare oppreſſus ⁊ infortunatus coniunctorum Dolorem
cõprimere nequiquit: Quare per diuerſas Regiones orrenda ſignificauit portenta.
Quare anno.1451. Magnam orbem mortalitate concuſſit. Item Anno Chriſti.1454.
fuit coniunctio Saturni ⁊ Mercurij in Scorpionis medio ⁊ iuppiter retrocedens in
Tauro ſignificauit conſilii pluralitatem inter Clerum cum magna tamen diſcenſione
⁊ chriſtianorum detrimenta. Quam ob rem ſpeculetur contempletur commemoretur
an per precedentes malas Coniunctiones. Et per multas alias iam relictas breuitatis
Gratia an teucri Mahumectani Marciales cum eorum ſecta Scorpioniſta Lunari
Greciam Dalmatiam Albaniam: ⁊ Maritimas inſulas: Ac Regiones. ſcilicet Ro
dum Calcidẽm ꝙ nunc Nigropontum dicitur ⁊ reliquas Chriſtianorum Regiones
conquaſſauerint: ⁊ eiſdem dominentur. Dicant nunc ergo vulgares ignorantes rudes
inuidi Proditores Carnifices Temulenti ⁊ ſceleribus dediti ſemi bellue ꝙ Aſtrolo
gia non ſit vera cum per tot Hiſtoriarum exempla ac effectus ⁊ per maximas Ratio
nes comprobauerimus. Non ergo inſpiciant quaſdam particulares reuolutiones que
nunc fieri ſolent pro quolibet anno ſecundum ingreſſum Solis in Arietem vt Aſtro
rum periciam condemnent: quoniam Celi agunt ſecundum materiam diſpoſitam: et

383

ſi non 'eſt in vno Tempore Prona eam conantur preparare: ad eorum formam ſuſc
piendam. Ideo ſi effectus: qui predicuntur Ab Aſtrologis ſingulis Annis per anno
rum reuolutiones particulares non verificantur in anno illo verificabuntur in annis
futuris poſt quam inferiora concitata a precedentibus influentiis diſpoſita fuerint. Et
eo magis cum verificauerint per nouas obſeruationes ingreſſum Solis in Arietem
Et propterea Celeſtes ſpeculatores vt viſſimã Celeſtẽ ſapientiã naturalẽ ſcilicet verã
prophetiam predicere valeant oportet eos per magnas coniunctiones vaticinari ⁊ tũc
veritatem eorum vaticinia conſecuntur. Quem admodum per magnas coniunctiones
precedentes patefecimus effectus indicaos po ſt multa tempora factos eſſe: vt Albu
maſar profitetur coniunctionem que diluuium produxit preceſſiſſe diem Diluuii. 279.
annis ⁊ coniunctionem que ſignificauit Moſem. 80. annos preceſſiſſe ante quam eius
effectus pateficeret oſtendimus redimendo populum. ſcilicet ſeruum Dei a crudelita
te Faraonis Et ſic de aliis multis: nos patefecimus effectus coniunctionum: poſt ali
quos annos verificatos eſſe: non ergo arti imponatur ꝙ artiſte male ſcientiam intelli
genti attribuendum eſſet. ideo ſi qui temerarii peſſimii detractores Hanc Scientiam
degradare preſumunt eorum inuidiam ac ignorantiam detegunt. Quoniam iniuſti ſũt
iudices qui de incognitis Scientiis alloquũtur: Nec enim ad iudicandum ſunt idonei
qui fauore vel odio non exanimatis partibus ad ſententiam temere prorumpunt. Er
go qui ſubtiles ac maximas Aſtrologie rationes ignorant ⁊ ipſam inuido ſtridore di
lacerant ⁊ quod non intelligunt contemnunt omni tormentorum genere ſunt cõquaſ
ſandi omni enim malo puniendi ſunt per quos in conſuetuctudinem deuenit vt Pre
clariſſimarũ Scientiarũ ſtudia falſis perſuaſionibus ⁊ ſophiſmatibus obumbrentur.

Demonſtratio Uigeſima ſecunda patefacit vaticinia cuiuſdam Doctoris ⁊ Ioã
nis Lubec De Aduentu Prophete ſeu Antichriſti.

q Uoniam quedam magne Conſtellationis preterierunt ac etiam ma
xime vltro ſe conferent quedam potentiſſime coniunctiones ex quibꝰ
Ut equa omnium ponderatione ac iuxta commiſtionis rationem. Ex
omnibus ꝗꝙ diſſimilibus cauſis forma vna ⁊ vnus effectus eliciatur
primo vaticiniũ cuiuſdam Artiũ ⁊ Medicine alamani Doctoris. ac ẽt
Aſtrologie profeſſoris propalabimus: ac eius reprobationem: ⁊ Po
ſtremum quodam pronoſticum cuiuſdam Ioannis Lubec qui in eadem verſatur ſen
tentia in illam ipſamqꝫ eandem defectionem collocabimus. Non iactandi gratia: Aut
quadam Liuoris ſpecie commotus quoniam ſemper Sapientes: Ac veris Scientijs
indulgentes amaui ac etiam Celo. Sed vt veritas ipſa pateſiat contra eorum Senten
tias quas tum geumetricis tum etiam philoſophicis ac aſtronomicis doctrinis repro
bandas eſſe demonſtrauimus: me inſurgere philoſophice ac aſtronomice rationes co
gunt qua propter non me audacem fateantur ſi preter tabularum numeros ſententiã
demonſtrauerim meam quoniam tabularum veritas ex magna Almageſti compoſi
tione originem traxit ſuam quam ſi quiſpiam negauerit non tantum aſtrologiam ſcien
tiarum preclariſſimam verum etiam ⁊ aritmetricam ⁊ geumetriam ſcientias veriſſi
mas negaret quod proteruum ⁊ contra omnem philoſophandi modum eſſet ſed So
phiſtarum more qui a philoſophantiũ ſecta eiciẽdi ſunt qm̃ philoſophoꝝ ẽ veritatem

ſpeculari ad quam acquirendam mea etas trigeſimum primum annum agens conata
fuit ⁊ ſemper vera nanciſci conabor. Et primo doctoris fundamẽta et ſuivaticinij iacta
bo. Rettulit enim. Inſignis quidez ⁊ valde admiranda conſtellatio ponderoſorum pla
netarum Saturni ſcilicet ⁊ Jouis expaueſcenda coniunctio impendẽtes calamitates
denuntians die .25. nouembris anno chriſti .1484. facta fauit ⁊ conſtituit Martem do
minum coniunctionis in tertia locatum hora anni reuolutionis ⁊ in decima tempore
coniunctionis ⁊ poſuit ſignum aſcendens coniunctionis tempore cancri: ⁊ ſignum an
ni aſcendens ſcorpionis ex quibus prophetam naſciturum elicit ⁊ quandam coniuncti
onem martis ⁊ ſaturni in ſcorpione ac etiam eclipſim prophitetur ex quibus etiá mul
ta futura mala predicat: Protulit ergo prophetam in patria Scorpioni ſubiectam na
ſciturum in duodecimũ circa annuz a coniunctione ⁊ propriam emigraturum patriam ⁊
ſigna facturũ regiõibus Aquario atq; Leoni ſubiectis . ⁊ ſuam predicationẽ .19. annis
delaturum iuxta annos minores ſolis cuius indumẽta diſpoſuerat rubea propter mar
tem dominum none coniunctionis ⁊ propter ſolem participantem vel ſecundum ſentẽ
cias aliorom dixit veſtes ad rubedinem religioſorum more decliues erunt ⁊ ſaxus fu
it etiam q̃ dedecoratum corpus habebit notis quibuſdam ⁊ verrucis ⁊ fuſcis varieta
tibus in dextro ipocundrio inguine vel femore ex parte fortune in dextro celi in deci
ma ab oroſcopo collocata naturam eius deſcribens propter ſcorpionis ſignum dijs ⁊
demonibus terribilem fatetur qui nec egeſtatem timebit nec exilium metuet nec car
cerem perhorreſcet: nec dolorem reformidabit nec mortem ſubire curabit. qui non
modo verborum vi ſed etiam ſola ſui oſtentatione malignos fugabit ſpiritus magicis
etiam preſtigijs aut carminibus aut quorundam ſpirituum appellatione ⁊ inuocatio
nibus molietur miranda preclarum habebit ingenium ⁊ futurorum prenocionem ipo
criſim ⁊ mendacium quotiens loquetur ⁊ cauterizatam habebit conſcientiam eritq;
multi ſanguinis effuſionis cauſa ⁊ chriſtianam occulte ⁊ implicite calumniabitur do
ctrinam ⁊ hereſim ſapiet ⁊ ad caldeorum fidem declinare videbitur A quibus omni
bus mea ſententia diſcrepat ⁊ philoſophorum rationibus ac etiam aſtrologorum om
ninm Ptolemeuz . ſ. ⁊ Albumaſarem imitando.

Demonſtratio .23. Noſtras connumerat rationes naturalibus proſpectiuis ⁊ geume
tricis contra predictorum Aſtrologorum vaticinia rationibus comprobatas.

n Oſtra iam conſtituamus fundamenta ac exordiamur primo illud philoſo
phicum amplectori poſteriorum primo omnẽ doctrinam ⁊ omnem diſcipli
nam ex preiacenti fieri cognitione ⁊ in libro de anima oportet intelligentez
fantaſmata ſpeculari ⁊ de ſenſu ⁊ ſenſato nihil eẽ in intellectu quin prius fu
erit in ſenſu. Quam ob rem vt Aſtrorum motus intelligamus oportet prius per ſpeti
es ſenſibiles ad doctrinam proficiſci que latitudinem quandam ſorciuntur cum habe
ant ſubiectum corporeum: Quantitates ergo minime in ſenſibiles aſenſitiuis poten
tijs percipi non poſſunt. Ideo quantitates minime celeſtes a nobis nequaq̃ intelligi
poſſunt Solem pro quolibet die moueri: 59. mĩ. 8. ſecundis .19. tertijs .37. quartis .19.
qcintis .13. ſextis .56. ſeptimis celorum ſpeculatores ⁊ Alfonſine Tabule concluſerunt
vlteriores autem fractiones que minime ſunt in motu ſolis ⁊ in omnibus alijs ſtellis
que minime ſunt dimiſerunt quoniam inſenſibiles ſunt: quam ob rem in temporis lõ
go interſtitio congeriem quandam conſtituũt ⁊ vbi motus medii vniformes propter
cumulum iam dictuum ducunt paulatim ⁊ ſucceſſiue ſenſibilem errorem minutoruz
⁊ graduum: Propterea ergo precepit Ptolemeus in magna Almageſti compoſitiõe

vt breui tēporis ſpatio nouam conſtituamus celoꝝ obſeruationē vt Aſtrologoꝝ error
non ſit ſenſibilis: per quem non tantum vaticinia de prophetarum aduentibus ac mo
ribus ⁊ cui ſecte inherebunt ⁊ regionem eorum geniturarum ⁊ eorum phiſonomiaꝫ
deſcribendo falſa conficiuntur verum etiam omnia que abſqꝫ Planetarum ac fixaruꝫ
ſtellarum rectificatione eduntur ſic per conionctionum aſcendentia ⁊ per veriſſimas
ab ipſis creditas planetarum coniunctiones quare vt aſtroꝝ veritas non obumbretur
oportet nouam conſtituere obſeruationem Et cum alfonſine tabule lapſe ſint per mi
nuta ⁊ in aliquibus per gradus illam preciſiſſimam coniunctionem Scorpionis a pre
dicto doctore preſuppoſitam falſam demonſtrauimus. Preterea nulla inſtrumento
rum proportio. Quibus Aſtrorum loca nobis innoteſcunt. poteſt ita eſſe capax vt celo
rum minimas quantitates deprehendere ualeamus: Quin in tēporis interuallo erro
ris congeriem conducat cum minimam ſtellarum fixarum demonſtratum ſit tota ter
ra maiorem eſſe eo magis celorum vaſta quantitas armillas ⁊ inſtrumenta aſtronomi
ca excellit. Preterea motus octaui Celi eſt ignotus qui variat Planetarum inferio
res agitationes qui in temporis longo interſtitio ſenſibilem errorem confert. Ideo cal
culationes Alfonſi Regis Tabularum propter temporis diuturnitatem erroris Con
geriem conduxerūt. Qd autem motus octaui celi ignoretur probatur per ſententiaꝫ
Ptolemei in magna Almageſti compoſitione ſic dicentis Thimocaris in Alexandria
ad Stellam ſeptentrionalem oculos ⁊ mentem erexit que in Scorpionis fronte adeſt
⁊ fuit hec ſpeculatio anno nabucdonoſoris. 456. ſecundum Scorpionis comprimere
gradum per vnun tantum latitudinis gradum ⁊ tertiam Septentrionem verſus quā
quoqꝫ ſtellam melius geumetra in anno nabucdonoſoris. 845. die. 18. Menſis meſir ⁊
in quinto fuiſſe Scorpionis gradu inuenit ⁊. 55. Minutis fere cum latitudine Septē
trionali. vnius gradus ⁊. 20. minutoꝝ inter vtroſqꝫ tempus. 399. annoruꝫ lapſum fuit
Et cum hec Stella ſuam ſeruans latitudinem tres gradus circuiuerit. ⁊. 55. Minuta
Oportet centum annis vnum correſpondere gradum ⁊ fractiones aliquas. Sed Joan
nes de mōte Regio ſtellas obſeruatas in ſuo epithomate Almageſti reliqt i ſpatio. 65
annorum vnum perficere gradum dicens. Debit quoqꝫ in minori temporis interſtitio
octauam Spheram Gradum vnum peragrare, expertum eſſe ꝙ Ptolemeus: Qua
pp latitās ē octaue Sphere motus precipiunt ergo Aſtrologie ſapiētes vt aſſiduū ad
Stellas habeamus oculum vt error ſenſibilis abiciatur: qui per ſinum calculum com
mittitur per hodiernas aſtronūmicas tabulas ſuos numeros ⁊ calculum confirmātes

Eſt alia ratio. Quoniam veriſſimum anni tempus metiri non valemus vt eius mo
tus per anni quartas concipiamus: quin fractiones reliquantur cum annus ab Aſtro
logis diuidatur. Et Alfonſinis Tabulis in. 365. diebus ⁊ quinqꝫ horis ⁊. m̄. 50. fere So
lis quoqꝫ greſſum ab anni vna vernali. Quarta vſqꝫ ad eſtiualē tropicuꝫ pfici in. 39.
diebus horis. 13. m̄. 35. Ab eſtiuali vero ad autumpnalem in diebus. 93. horis. Decem
minutis. 50. Ab hac quoqꝫ ad hiemalem in diebus. 89. hora vnua minutis. 26. Aqua
ad equalitatis reuerſionem in diebus. 89. horis. 3. minutis. 59. Et hec per Alfonſinas
Tabulas. patet diuiſio hec nanqꝫ diuerſitas ſolem in Sphera quadam extra mundi cē
tum moueri demonſtrat: Quare vniformem in ſuo centro motū concluſerunt. Et cuꝫ
nos patefecerimus motum vniformem in temporis ſpatio difformem fieri ⁊ errorem
inducere. Ergo hic motus anni ⁊ eius quantitas a uero ſemoti ſunt vt inferius demon

ſtratiue probabitur. Ergo introitus Solis in Arietē falſus eſt Et omnia que dicent Aſtrorum ſpeculatores anno .1494. vana erunt quia ponent Taurum in aſcendente ⁊ Solem in vndecima ⁊ Venerem ⁊ Lunam per Aſtronomicas regulas dominas anni ⁊ per conſequens quidquid iudicabunt de ciuitatibus de Regnis celeſtibus ſignis ſubiectis vana erunt ⁊ celorum peritiam honoris cupidi deturpant ⁊ deriſionem ac contemptionem ⁊ dedecus acquirent que in alio noſtro opuſculo palā emittentur vbi noſtras obſeruationes patefaciemus. Eorum ergo que dicta ſunt De motu Solis demonſtratione ꝓbantur. Sit enim orbis ecentricus .a.b.g.d. Cuius Centrum .e. extra ſit centrum Mundi .z. diametraliter tranſiens per longitudinem longiorem .a. Et propriorem .d. ⁊ per ambo centra ſit .a. .e.z.d. Dico ſi Planeta Mouetur equaliter in Orbe .a.b.g.d. Tunc motus eius apparebit diuerſus ſuper centro Mundi .z. Sit enim .a.b.⁊.g.d. arcus equales ductis Lineis .e.b:g.e:z.b:z.g. conſtabit per vltimam ſexti Euclidis angulos .a.e.b.⁊.d.e.g. eſſe equales: Sed per .xi. eiuſdem primi .a.e.b. eſt maior angulo .a.z.b.⁊ g.e.d. eſt minor angulo .g.z.d. Igitur angulus .g.z.d. maior eſt angulo .a.z.b. patet ꝗ ꝗ eſt maius maiore excedit quo ꝗ minus ſed in tempore equali ſecat hos Angulos: eo ꝗ arcus .a.b eſt equalis Arcui .g d. quapropter Motus equalis reſpectu .e. centri deferētis Solis apparet qui nanq̄ diuerſus reſpectu orbis mundi cuius centrū eſt .z. videtur: ⁊ ſic reperta ē motus ſignorum in orbe ſol' diuerſitas. Et cum inſtrumenta quib⁹ anni ſpatia metiebantur ſint materialia elementorum alterationibus ſubiecta. hinc eſt ꝗ anni quartas ⁊ horarum minimas fractiones falſas numerauerunt: ⁊ ſic errauerunt in minimis fractionibus relictis vt quotiens humore quodam inſtrumenta terrea impediebantur: ac etiam aquarum Horologia quibus annorum quartas menſurabant propter aeris obſtaculum vt vacuum non daretur Impediebantur: quare illas omnino



383

das preciſiones non habemus quas ipſe ⁊ multi preſuponunt: Quapropter hec pau
cula cum reliquis iam pretactis erroribus ac etiam dicendis coniuncta manifeſtuz er
rorem in temporis ſpacio pariunt.

Perſpectiue quoqꝫ inminent connexe rationes quibus cogimur ob longam tem
poris dilationem planetarum motus diſſociatos eſſe a tabularum armonica compoſiti
one. certum enim eſt ſidera per elementorum duorum diſtantiam nobis efferri: Qua
re ex aeris atqꝫ ignis aſſidua variatione radiorum apparentie continue alterantur. hoc
enim patet per. 16. perſpectiue propoſitionem ſic dicentem: radius lucis vel coloris a ꝑ
pendiculari ſe diuertit cum medium ſubtilius occurrit ⁊ per. 15. Radius lucis vel co
loris ad perpendicularem frangitur in occurſu medij denſioris ergo ſtelle videbunt
vbi non ſunt Minime quoqꝫ quantitates videri celeſtes nequeunt. Et hoc per. 39 per
ſpectiue patet non ſub quocunqꝫ angulo rem videri. Et per. 50. ſic dicentem. Nihil vi
deri niſi proportionaliter quantum ⁊ per quinquageſimam tertiam omnia que viden
tur tempore comprehendi ergo minime celeſtes franctiones relicte non comprehen
duntur quare in temporis ſpatio errorem conducent. Et per ſexageſimaz quartam cer
tificari quantitatem diſtantie per reſolutionem interiacentis ſpatij ad magnitudinem
menſure ſentialiter note ⁊ per ſeptuageſimaz ſecundam figuram rei uiſibilis multum
diſtantis minime certificari. Et ꝑ ſeptuageſimam quartam comprehenſionem quātita
tis procedere ex comprehenſione piramidis radioſe ex baſis compoſitione ad quanti
tatem anguli ⁊ longitudinem diſtantie ⁊ per ſeptuageſimam ſextam nulla quantitas
rei immoderate diſtantis eſt oculo certificabilis: ⁊ per octuageſimam ſecundam ſtel
las in orizonte maiores apparere. ⁊ per octuageſimaz tertiam corpora ſperica in di
ſtantia apparere plana. Et per octuageſimam quartam quadratas magnitudines in di
ſtantia apparere oblongas. Et per quintam vltime partis perſpectiue rem viſam ꝑ
radios fractos extra locum ſuum neceſſe eſt apparere. Et per octauam rei viſe ſub ra
dijs fractis impoſſibile eſt certificari quantitatem: Et per quadrageſimam ſeptimam
prime partis viſum nihil comprehendere niſi proportionali diſtantia preſentatum: Et
tunc arguo ſic. Omne minimum quod non eſt proportionaliter quantum Et propter
indebitam diſtantiam ⁊ propter radiorum fractiones ⁊ per omnes iam ſupradictas ꝓ
poſitiones ac etiam rationes videri ⁊ comprehendi non poteſt Minime inſenſibiles
quantitates celeſtes ſunt huiuſmodi que relinquentur a Tabularum compoſitoribus
ergo comprehendi non poſſunt. Quare in temporis proceſſu errorem cauſant ergo ꝑ
conſequens coniunctionem illam Saturni ⁊ Iouis ſic punctualez fuiſſe falſam profite
mur ⁊ demonſtrauimus ⁊ conſequenter ſignum aſcendens coniunctionis non fuit cā
cer nec ſignum anni reuolutionis fuit Scorpio nec conſequenter Mars in tertia ſigni
ficans Prophetaz martialem ergo omnes ſue propoſitiones a vero recedunt ⁊ quid
quid de Propheta dixit nullius fuiſſe emolumenti Demonſtrauimus. quoniam Ta
bule tales coniunctiones ſuas oſtendentes propter temporis diuturnitatem ⁊ per om
nes iam rōnes demonſtratas corrupte ⁊ delinquētes ſunt Vt breui ſmōe me expediā
Ioānes lubec ꝓfitetur ꝓphetā naſciturū ꝑ ꝯiunctionē ſaturni ⁊ iouis anno xpi. 1502 Lubek
in cācro ⁊ vꝑginē in aſcendente hora ꝯiūctionis ⁊ dicit eē Antixp̄m ⁊ iponit ſibi malos

mores ⁊ q̄ð ſibi patebunt omnes mundi theſauri propter Jouem quarte dominum
Saturno in decima coniunctum ⁊ ꝙ potens erit ⁊ naſciturum preſignat anno Chriſti
.1506.quam ſententiam vanaȝ dicimus precedentes ob demonſtrationes:ac etiaȝ per
doctrnam veram magnarum coniunctionum expertam atqȝ demonſtratam ab Albu
maſare ⁊ Ptolemeo ⁊ Meſſahala quos imitando meam ſententiam demonſtrabo.

Demōſtratio.24.Prophete aduentū oſtendit iuxta omnes Peritiſſimos Aſtrono
mie Auctores eiuſdemqȝ mores ⁊ cui ſecte inherebit ⁊ geniture ſue regionem.

T noſtri inceptum vaticinij ordinem proſequamur ſuum demonſtrationē
noſtram in medium afferemus.vbi nutu diuino ⁊ ſic ſua me Illuminante
Maieſtate veritatem de prophete aduentu ⁊ moribus preſignare cona
bor ⁊ reliqua celeſtia portenta propalando Conclamatum ac expertum ē
iuxta ſententiam Ptolemei quinquageſimo Centiloquij verbo centum ⁊ viginti eſſe
coniunctionos in erraticis in quibus eſt maior Scientia: que ſit in hoc mundo. Jdeo
Albumaſar magnarum coniunctionum Libro.tractatu primo differentia prima enu
merat quinque coniunctionum genera.Quorum primum eſt ex duobus ſuperiori
bus indiuiduis in ſigno mobili vernali in.960.annis ſolaribus.Secunduȝ vero eſt ex
parte poſitionum indiuiduorum altiorum in quibus accidit mutatio coniunctionis de
trigono in trigonum que ſit omnibus.240.annis ſolaribus: per que noſtrum conſtitu
emus vaticinium per precedentia ſuperiorum planetaruȝ conuentus:anno mūdi.2365
Demonſtratus fuit per quem Moſaca fuit ſignificata religio ⁊ diuino nutu eiuſdem
magnus Propheta Diuina Maieſtate iubente maxima Miracula patefecit:Et Ceri
monias Legem atqȝ Jura. Et Precēpta inſtituit. Ac etiam Jouis Et Saturni
conuentus indicatus fuit:interreo trigono Virginis vbi Chriſtianam peperit fidem.
Nunc autem pateſacere ac demonſtrare maximam quandam coniunctionem mutate
triplicitatis decrenimus per quam ⁊ per aliam in cancro futuram magnum prophetā
venturum ac eiuſdeȝ mores demonſtrabimus: fuit ergo duorum ponderoſorum ſupe
riorum anno Chriſti.1464.nono Aprilis in Piſcibus cōiunctio que cum omnia ſigna
⁊ per omnes medias coniunctiones ac etiam per omnes triplicitates. Jterum ad Pi
ſcium ſignum fuerit deuoluta effectum quendam pariet qui prime videlicet ſue iam
preſignate coniunctionis moſaice ſi milis erit.Et vt ſermo noſter conſcius ratione om
nibus patenter videatur Albumaſaris ſapientiam.Tractatu primo differentia prima
ſic probātis conferemus cuȝ ſingulis.240.annis ſolaribus Saturni.ſcilicet ⁊ Jouis cō
uentus trigonum mutet.in quo duodecies:aut tredecies aliquando coniunguntur. et
in ſuccedente.Jterum ſic coniunguntur ⁊ hoc inuiolato ordine Omnia ſigna Celeſtia
peragratur.Quam ob rem cum inter coniunctionem moſem ſignificantem ⁊ conuen
tum Saturni ⁊ Joue.qui chriſtianam Legem produxit annorum girationes.1429.
fluxerint :quibus ſi addantur anni Chriſti.1464. intrepidanter.2893.componuntur
quod eſt tempus intermedium coniunctionis moſaice ⁊ coniunctionem hanc annorū
Chriſti.1464.Quapropter annis.2893.per 240.Diuiſis duodenarium quotientem nu
merum nanciſcimur per quem omnia ſigna celeſtia duorum ſuperioriuȝ ꝯuentus tran
ſiuit in omnibus ſcilicet 240 annis mutando triplicitatem.Deuoluta ergo eſt magna
Saturni ⁊ Jouis coniunctio per trigoni mutationem anno Chriſti.1464.ad Piſcinm

383

Signum que eadem eſt cum Moſem ſignificauit. ⁊ Quemadmodum per illam pri
mam coniunctionem Moſem ſignificantem Populus Iſraeliticus fuit ſub ſeruitute
crudeli Faraonis anteq̃ paſtor Moſes Hebreos redimeret. pari formiter poſt con
iunctionem factam anno Chriſti.1464.in Piſcibus ſpeculetur contempletur: Si He
brei fuerint conquaſſati ⁊ mortui ⁊ venditi per eorum exilium ab hiſpanie Rege an
no Chriſti.1492.vbi tot milia in paupertatem deuenerunt ac etiã conquaſſati afflicti
d. ſperſi mortui fuerũt. ⁊ impoſterum quoq; magis affligentur per aliam coniunctio
nem in Cancro futurã anno Criſti.1503.Trepidantiſſimus ⁊ admiratione dignus tri
um ſuperiorum planetarum conuentus qui Octobris Menſe Chriſti anno. 1503. per
ficietur In cancri ventre.⁊ Mercurius Scorpionem compreſſurus Coniunctos aſpe
cturus ⁊ Sol ſuis micantibus radijs eos intuebitur. Et Luna oppoſito intuitu plane
tas iam predictos creſcente lumine reuerberatura ⁊ cum iam pateſecerimus ꝯiuncti
onem magnam in piſcibus anno Chriſti.1464.factam per quam ⁊ per hos potentiſſi
mos planetarum conuentus vt equa omnium compenſatione.Et iuxta commixtionis
rationem ex omnibus licet diſſimilibus formis ⁊ cauſis forma vna ⁊ vnus effectus eli
ciatur.Prophetam venturum iuxta Sapientiſſimorum Philoſophorum Sententias
comprobauimus Et iudicium eliciemus per eam nanq; Planetarum copulationem
.1464.Chriſti tanq̃ per quodam principium ſeu indicium omnium agitatorũ prophe
tam venturum propalauit quem admodum in celis ſcriptum eandem coniunctionem
reliquit.que venturum Moſem ſignificabat ſententiam nanq; noſtram a Meſſahala
Sapientiſſimo viro eliciemus magnarum coniunctionum libro capitulo nono: qui ſic
inquit cum omnes tres ſuperiores in vno termino vel facie coniuncti fuerint.Et Sol
eos aſpexerit ſignificat deſtructionem ſectarum ⁊ Regnorum ⁊ eorum mutationem:
⁊ res maximas ⁊ hec eſt maxima coniunctio que ſignificat prophetias.i. aduentus pro
phetarum ⁊ deſtructionem quorundam climatum nec non res maximas . et eo magis
ſi inferiores planete vim dederint ſuam . Quam ob rem cum hanc coniunctionem fu
turam in Cancro preconceperim futurum profetã ſignificamus. Hoc etiam patet ab
Albumaſare Tractatu Secundo de coniunctionibus magnis differentia octaua . Et
quoniam quo magis cauſe ſunt potentiores eo magis effectus ſunt potentes ⁊ cũ ad
hunc effectum producendum ſint cauſe potentiſſime effectus erunt maximi comple
ctimur enim coniucctionem in Piſcibus iam predictam ⁊ hanc quam proſequimur
in cancro que piſciũ ꝯiũctio anno.1464 fuit per mutationẽ triplicitatis per tranſitũ
omnium ſignorum eſt maxima ⁊ cum conuentus trium ſuperiorum ſit in Cancri ven
tre cum Aſpectibus Sol s Lune ⁊ Mercurij cauſas potentiſſimas dicimus. Et quo
niam ſignum Cancri eſt maxime ſeptentrionale ergo radij directiores ad Regiones
habitatas iaculandos eogo potentiores ratione proſpectiue. Et cum Signum Cancri
per auctorum opinionem ſit mundi Aſcendens hic Planetarum coitus totum conci
tabit orbem. Mores autem profecte ſic innoteſcent. Quoniam Saturnus Ioue eſt ſu
perior in prima ſcilicet coniunctione in Piſcibus facta. Ideo cum ſit Planetarum p̃
mus propheta iſte Judaicam ſectam augebit nullam poſteriorem aſſerens :⁊ Quoni
am coniunctio ſecunda eſt in Cancro cuius Luna eſt dominatrix que ſecundum ſen
tentiam Albumaſaris maxime eſt conſideranda in Prophetarum moribus tractatu
primo differentia tertia licet dicat in Anni reuolutione tamen fortior eſt in coniunctio
ne que cum ſit in domo Saturni in Capricorno planetas iam coniunctos Diametrali
radiatione intuens omnes iam planete ad Saturni naturam commutantur quoniam
am luna dña ſigni eos recipientis in Saturni domicilio locata eius naturam amplecti

tur. Quam ob rem Omnes planete in Cancri ſignum lapſuri naturaz planete eôs recepturi mutati in naturam Saturni aſſumunt: Et quoniam. Planetarum imperium reuoluitur circulariter. Conuenienter ergo poſt Lune dominatum et per conſequens omnium planetarum completuz imperium in mabumectana ſecta patefactum. Atqꝫ completum Saturno dedicetur. Et hoc ab omnibus Aſtronomie auctoribus confitetur: Et quoniam Juppiter cum Saturno in prelibata Piſcium coniunctione complexionem habet quoniam in ſuo eſt domicilio legem ſaturninam atqꝫ Joualem portendit ergo legis precepta ab iſtis duobus planetis eliciuntur quemadmodum in tertia ⁊ quarta demonſtratione oſtenſum eſt. Sed quia in ſecundo in cancri ſigno complexu Mars cum duobus ponderoſis commixtionem habet qui omnes in Cancro a Luna in naturam Saturni mutata recipiuntur. Jdeo Saturno ⁊ Joui coniunctis mars ſeuiciem quandaz ingerit. Quapropter legis coufirmator maxima miracula muudo propalabit cum ſanguinis maxima effuſione. Cuius genitura Albumaſarez imitando in Piſcium Regionibus erit aut eius trigono videlicet Jndia Aſſiria ⁊ Alexandria. Prouincie que a cancro reguntur ſunt ſithia ⁊ media. A Scorpione vero aſſiria: Et naboctea ⁊ Egiptus. ſed ſecundum Meſſahalam in regione temperatis qualitatibus decorata naſcetur. vt in quarto climate vbi incolas ſalubri multiplicatione ac ſanitate extollit. Nos autem piſcium Regiones preponimus. Licet Cancri regiones propter fortiſſimam coniunctionem ⁊ planetarum eo conuentum etiaz idonee eſſe poſſunt. vt illinc propheta genitaram trahat ſuam. per cuius miracula totus contremeſcens mū̃dus commutabitur ⁊ per ſanguinis effuſionem totus conquaſſabitur: ⁊ per vltionis genera que mala Deum ſua mitiſſima ac liberrima voluntate rogatuz volumus vt mitiora reddat ſi in preceptis eius ambulauerimus.

Demonſtratio. 25. De ſermone meo tanq̃ philoſophus nil theologôrum argumentationibus reſpondens nec contradicens

b Oc tamen ſapientum mentibus intimatum eſſe volo ꝙ ea que de propheta dicta ſunt: ac etiam de omnibus alijs que dicentur tanq̃ philoſophus ⁊ celeſtis monarchie ſpeculator fari atqꝫ dixiſſe fateor: ⁊ nil ſicti ac nulli parti procliuior que ſi diſſona a religione iudicabū̃tur abſqꝫ meorum verborum ac ſententie defenſione tam nunc ꝗ̃ imposterū omnia que religioſi fatentur confiteor.

Demonſtratio. 26. Oſtendit cometem emergendum preliorum turbines ſanguinis effuſiones ⁊ francie deſtructionem Africe ac Babilonie ⁊ totius orbis conquaſſationem regnorum mutationes ⁊ climatum deſtructiones.

r Eliquū ē vt preliorum turbines predicemus. Cum ergo tres ſuperiores in Cancri ventre ⁊ Sol ⁊ Luna ⁊ Mercurius eos complexos intuentes: qui modo per ſtationem nunc retrocedentes modo directi in vna ſemper facie menſibus ſeptem aſſidue ſe complicentur: Quare ſi eorum ſimplex coniun

ctio que vix viginti differtur diebus per meſſahalam cum Solis intuitu regnorum et climatum deſtructionem portendit. Eo magis hic potentiſſimus planetarum conuentus qui menſibus ſeptem in eodem ſunt conſtituti atqꝫ complexi decano. Et tunc potentiſſimus ac terribiliſſimus cometa apparebit. Quare Dominum regnorum ⁊ Climatum deſtructionem patenter ſignificant ac influunt. Et tunc humani ſanguinis effuſiones atqꝫ torrentes eiuſdem inundabunt. Et cum ſignum Cancri ſit ſeptentrionale ⁊ ſeptimo climati appropriatuꝫ dominans iuxta ſententiam Albumaſaris libro coniunctionum tractatu quarto differentia vltima Babilonie ⁊ Africe ⁊ Luchie ciuitatis ac etiam Francie ſemotis ergo omnibus dubijs confiteor Babilonie ⁊ ceterarum regionuꝫ deſtructionē que a Cancro regūtur. Speculetur quoqꝫ ꝑ Hiſtorias ac geſta an Illuſtriſſima Venetiarum Vrbs a Cancro regatur ne ſimili infortunio verſetur: quod abſit cum ſit ciuitas liberrima ⁊ virtute decorata quam ita prudentes viri coluēre ac tuentur Vt pernicioſe conſtellationes ciuitatem ſic munitam inuadant Vt parum eam ledere poſſint. Licet quidam a Piſcibus gubernari dicant quod mihi non videtur quoniam eorum mores aliter cognoui dum hic Venetijs morando ſim expertus quod ſi ita eſt vt imperio piſcium ſubiciatur Anno.1494. Chriſti detrimenta ⁊ preliorum ſeu infortuniorum initia opprimi initiaretur propter Iouis piſcium Dominatoris multiplex infortunium. Quam ob rem ab illuſtriſſimis Venetis vtraqꝫ Conſtellatio obſeruetur vt ſolita eorum prudentia ac ſapientia pernicioſis ac potentiſſimis celeſtibus influxibus anno.1503. obuiare valeant. Septimi quoqꝫ climatis penitus ruinam atqꝫ confuſionem ⁊ precipitium ⁊ regni francie preſertim deſtructionem ⁊ partiuꝫ circunſtantium ſeu regionum conquaſſationem intrepidanter confiteor ꝙ autem Francia a cancro regatur cuius dominatrix eſt luna planeta velociſſimus francorum mores demonſtrat. Et hoc annotandum cenſemus ꝙ deterior pro ſeptimi climatis deſtructione coniunctio ⁊ precipue regni francie ⁊ partium adiacentium nec fuit nec erit per totum ſextum millenarium a mundi exordio. Et quia Cancer eſt Signum aſcendens mundi ad ceteras mundi partes eius infortunium redundabit. Et licet Iuppiter ſit in ſua exaltatione: Cum tamen inter Duas infortunas ſit multotiens obſeſſus ⁊ Planeta non poteſt fortius opprimi ꝙ in ſua dignitate non poteſt ſuum oſtendere bonum ⁊ precipue cum ſit retrogradus. Vt Albumaſar profitetur vſqꝫ ad eius directionem: ⁊ cum maiores actus fiant per ſtationes ⁊ retrogradationes Planetarum vt Hali cētiloqui cōmento.96. Et cum Mars hoc in ſigno ſit in ſuo caſu ⁊ Saturnus ſuum ſorciatur detrimentum. quare infortunarum coniunctio inter cetera ſigna in Cancro eſt valde horrenda ⁊ cum coniunctio hec infelix menſibus ſeptem differatur per Planetas modo coniunctos nunc directos modo retrogrados ⁊ multotiens recenſeatur: et mars in auge Iouem ⁊ Saturnum tranſcendens. Quare maximam Chriſtianoruꝫ deſolationem precipitium atqꝫ exitia ex omni genere tormentorū mala portendit: Adeo vt viuentium cuiuſcunqꝫ gradus conditionis ac etatis fuerit ad ſanguinem effundendum naturaliter inclinabitur. O Quot regnoruꝫ mutationes. O Quot lucubres ⁊ flebiles īfortunioꝝ caſus. Quot metuēda ꝑiculoꝝ deſcrimia. Quot ꝑturbatiōes O quot turbidas et pernicioſas ſeditiōes. O Quot inſperate mortis exitia. O Quot malorum exaltationes celorum conturbate acies inundanter emittendo eructabunt. O Quot inſolentes vino temulenti luxurioſi guloſi ſemibellue Carnifices crudeles proditores latrones viros prudentia ſcientia ac ſapientia ornatos deridebunt. Et conquaſſando

nterficient. Sed tunc animis opus ſapientibus tunc pectore firmo.

Demonſtratio.27.elementorum conturbationes predicat cometemqȝ futurum.Et de cometis ſecundum opinionem Alberti magni Ptolemeo ⁊ modernis contrariam ⁊ ipſius reprobationem continet.

Cum prediximus Magnos coniunctionis effectus conſonum rationi videtur vt elementoruȝ agitationes preconcipiendo propalemus. Magna hec horrenda coniunctio in cancro iam futura meſſahalam imitando cuȝ ſit in aqueo ſigno aquarum inundationes portendit ⁊ ſecundum Scientiam Albumaſaris cancer pluuias auget.Et hoc confirmatur quoniam Planete erūt directi quare gelu ⁊ humores augebunt ergo niues ⁊ grandines gignent.Sed quoniam Mars erit vincens ſuper Saturnum ⁊ Iouem aſcenſurus Albumaſarem imitādo coniunctionum magnarum Libro Quinto cum latitudine Septentrionali aſcenſurus calorem augebit ⁊ humiditatem. Quam ob rem ⁊ per influxum Solis ⁊ Lune ⁊ Mercurii atqȝ ꝑ luminum congeriem aeris maximam corruptionem ſignificat:⁊ pluuias ⁊ niues grandines tonitrua fulgura tempeſtates: ⁊ aeris aſſiduas commotiones propter planetas nunc depreſſos retrogrados modo ſtationarios: Nūc ī ſūmitate epiciclorum eleuatos.Et propter Martis radium commiſtum cum aqueo arguunt influctqȝ venenoſam atqȝ ardentem humiditatem aerem inficienteȝ ſicut patere poteſt in ſtellis aquei Scorpionis que ſunt ardentes venenoſe de natura Martis. Quare peſtem maximam preiudicamus ⁊ morbos pectoris ⁊ pleureſis ⁊ febres cotidiane ⁊ gutturum dolores augebuntur. Et hec regionibus que a Cancro illuſtrātur pateſient:⁊ in toto terrarum orbe ꝯſequenter.Et cum Cometem generandum prediximus Alberti Magni ſententiam prelibabimus.Et poſtremum noſtram aſtronomicam a Sapientibus Aſtrologie doctoribus confirmatam Albertus libro metheurorum primo tractatu.3.Inquit ſtelle habentes comas efficientur ſm̄ locum ſue generationis ꝑpe aerem inflāmatū ex vicinitate ignis qui continet materiam remote ⁊ ipſuȝ cometē aerem dico ꝓpinquū igni ꝗ in ſe cōtinet calorē ignis ⁊ quia quando in ipſo vapor groſſus ſiccus inflāmatur tūc cōtinuatio fit cū lumine flāme comete ab inferiori aere vbi ſtat vapor eiuſdē nature ⁊ ita diffuſo illo quod continuatur ei fit oblongum ⁊ hic ē cometes. Ita ꝙ tantum cometem ex vaporibus a Terra eleuatis groſſis generari arbitratur ad quā opinionē conatur Ptolemeum ⁊ Albumaſarem conducere ac ſi radiȷ̄ Planetarum vaporibus micantes non commiſcerentur redarguens ſenecam ⁊ Modernos dicentes cometes eſſe impreſſiones quinqȝ erraticarum ſtellarum non in igne tantum nec in aere ſoluȝ.Et querit ab ipſis quare non ſemper apparēt cometes ſi ſunt ex quinqȝ erraticis.Et quare non apparent plures Cometes ſimul cum plures Planete ſuper talē aeris ⁊ ignis commiſtionē oriantur ſimul ⁊ quare diuerſis apparēt formis ſubdens ꝙ ſi ab aliqua quinqȝ ſtellarum erraticarum naſcerentur cometes. Tūc nunꝙ̄ extra viam planetarum videri debent cuius oppoſitum contigit. Ad primum quorum ſenece ⁊ modernorum opinioni fauēdo: ⁊ in hoc parcat mihi Alberti magna excellentia dicimus. Quoniam materia non ſemper eſt idonea ad ſuſcipiendum Planetaruȝ radios. Ideo non ſemper cometes apparent Ad ſecunduȝ. Quoniā ad producendum Cometes plures Planete concurrunt in debita proportione materie ⁊ forme ideo non plures apparent ſemper. Ad tertiuȝ diuerſis formis apparēt ꝓpter materie diuerſitatem ac etiam ꝓpter modum formē Stellarum agentium. Ad quartum Reſpon

383

detur negando conſequentiã quia licet planete ſemper ſint in zodiaci latitudine cũ
radios ſextiles quadratos ⁊ trinos ac oppoſitos per omnes celi partes emictant qua
re vbi materiã idoneam comperiunt vt radiorũ micantiam cauſare poſſunt ⁊ eorũ
incluſionem ⁊ reuerberationem ibi cometem apparentem generabunt ergo in ſe
ptentrione ⁊ inqualibet celi parte cometes generari poſſunt Preterea ſi cometes a
quinqꝫ eraticarum radijs non generarentur fruſta aſtrologi omnes apparitionis
ſigna conſiderarent quorũ planete ſunt dominatores quibus ſignis ⁊ cometibus pla
nete dominantur inqualibet parte celi libeat cum omnia ſub ſignorum atqꝫ planeta
rum imperio maneant atqꝫ gubernentur. Quare cũ Ptholomeo Et Albumaſare cõ
cludimus cometes generari per vapores a terra eleuatos ⁊ per groſſos ⁊ ſubtiles
cõmixtos ⁊ igneos ac etiam per planetarum radios qui tales vapores gingnerũt qui
bus. Iterum in aerea regione includuntur ⁊ ibi reflexionem recipiunt propter groſ
ſum Iam vaporem predictum quem tranſire nequeunt quare propter aqueum cum
terreo igneo cõmixtum qui ex terra eleuati poſtmodum cõmiſcentur cum igne ele
mentali ⁊ aere elementali ſupernarum regionum ⁊ poſtremum ſtellarum radij iſtis
vaporibus obuiantes incõtactu ſpherere ignis ⁊ aeris exiſtentibus aut parum diſtã
tibus eiſdem complicantur ⁊ franguntur ⁊ ibidem includuntur ⁊ cometẽ cauſant ⁊
hec ſententia conformior eſt. Cum Ptolomeo centiloquio uerbo. 4. ſic dicẽte Anima
que ex natura dat iudicia iudicabit ſuper ſecundis ſtellarum eritqꝫ eius iudiciũ me
lius ꝙ illius qui iudicabit ſuper primas ſtellas que ſecunde ſtelle ſunt ſtellarum re
flexiones ſicud ſecundus radius ſolis eſt radius reflexus ⁊ ſecũdus ictus lapidis eſt
percuſſio reflexa ⁊ tunc melius per ſecundas ſtellas. i. per radios iudicamus qui ſũt
ſecunde ſtelle ſeu radij ſtellarum reflexi ⁊ propterea tunc melius ſecundas per ſtel
las iudicamus quia iam planete concitauerunt elementa ⁊ tunc effectus incipiunt pa
tefieri ⁊ ſi diceretur ꝙ lumina planetarum non cõmiſcentur cum ignis lumine nega
mus ⁊ ſi vlterius arguatur ꝙ in camera vbi ſunt due lucerne ardentes vmbre cauſã
tur due ergo lumina non commiſcentur. Reſpondemus ꝙ datur per luminum multi
plicationem lucis intentio ergo luminum commixtio licet due videãtur vmbre hoc
a diuerſis agentium aplicationibus prouenit quia vbi vna eſt flamma non poteſt eſſe
alia ergo vnus quo lucis radius accedit potenter alius minus potẽs ergo vmbre cau
ſabuntur due: ⁊ cum hec nõ locus hic narrãdi ſit ſed noſtro inopere iã predicto quod
in lucem palam emictemus vbi geumetricis proſpectiuis rationibus ac naturalibus
omnia hec demõſtrabimus. Quare cometes futurus magnus naturaꝫ martialem ac
ſaturninam ⁊ iouialem ceterorumqꝫ planetarum ſapiet ⁊ ex conſequenti per iam pro
bata in cancro generandum iudicamus propter lumina que eo cõplicabũtur. Qua
re albumaſarem imitando cometem in cancro generandum ſignificare profitemur
pluuias multas magnas aeris alterationes multaqꝫ bella prelia ⁊ malas mortes repẽ
tinas ⁊ inſultum contra aliquem regem ⁊ ſanguinis effuſiones ⁊ tunc mundus totus
contremeſcens conquaſſabitur.

Demonſtratio. 28. predicat preliorum initia ⁊ ſciſmatum inter cleros emerſiones
in obedientiam ⁊ regnorum mutationes ⁊ clericorum apropria ſede expulſiones

v T ordinem ergo proſequamur noſtrum ⁊ coniunctionum magnarum ⁊ op
poſicionum effectus preſignemus reuertendo ad priſtinas coniunctiones
dicimus ꝙ anno chriſti. 1494. mars erit ſaturno coniunctus in ianuario ac
etiam veneri in piſcium inicia Ioue vero quaſi in prima virginis facie ſcꝫ
in vndecimo gradu cum minutis quibuſdam exiſtente retrogrado ⁊ cum mercurius

d7

bis cũ ſaturno illo anno ꝯiungatur ⁊ ſextilis menſe ipm diametraliter verberãs cuz io
uẽ ⁊ mercuriũ ſup cleꝝ ſignificatores ꝯſtituerimus precedẽtes ob rõnes in.14.demõ
ſtratione patefactas ⁊ ꝑꝑ tetragonã mercurii ad Jouis irradiationẽ ſecundo madij ⁊
ꝓpter infortuniũ mercurij in quadrato cũ ſaturno nono madij ⁊ ex infortunio Jouis
tetragonati cum marte duodecimo madii ⁊ ꝑ intuitũ quadratũ martis ⁊ ſaturni trige
ſimo madii ⁊ ex detrimento iouis ſaturno oppoſiti vigeſimo octauo iulii ⁊ propter dia
metralẽ ſolis cũ ſaturno irradiationẽ .26.auguſti ⁊ propter iouis ſexto ſeptembris cõ
buſtionez ex oppoſito ſaturni ⁊ martis.8.octobris ⁊ ꝑꝑ ꝯiunctionẽ martis cũ ioue.27
nouẽbris ⁊ ex infortunio mercurii verberati ex quadrato intuitu a ſaturno.28.nouem
bris ⁊ ipſius tetragono cũ marte vigeſimo ſecundo decẽbris. Et propter mercurii
multiplicẽ hoc anno cõbuſtionẽ ⁊ iacturã ideo totũ hunc annũ a principio infelicem
dicimus. Quam ob rẽ per celoꝝ portenta iudicamus rumorẽ in populo cardinalium
fugã ꝯtrouerſias diſcenſiones ⁊ multas tribulationes metus inobediẽtias clero euen
turas ſciſmatũ initia ac belloꝝ ⁊ prelioꝝ principia tã maritima ꝙ terrena. ⁊ ſanguinis
effuſionẽ ꝓuaticinnamũ quoꝝ effectus pateſiẽt regionib⁹ ⁊ ciuitatibus a ṽgine et Piſci
b⁹ ac geminis ⁊ ſagittario rectis tauro ac ẽt libra ciuitates italie que ab iſtis ꝑlibatis
ſignis reguntur ſunt iſte: parma imola areciũ que a ṽgine reguntᷣ ceſena viterbũ noua
ria regiũ a geminis gubernãtur. roma. placẽtia ꝑgamum mãtua libre dñatui ſubdũn
tur mediolanũ vero ſagittario bononia ſene verona anchona taruiſum ⁊ ſenogallia a
tauro reguntur Venetie ſm aliquos a piſcibus regitur marchia triuiſana friuoli piſci
bus ſubduntur quã obrẽ prenarrate ciuitates infortuniũ ſorcientur ⁊ preſertim ille
ciuitates detrimẽtis verſabuntur que Virgini ⁊ piſcibus ſubdunᷣ aut coꝝ dominato
res colant ciuitates virginis ⁊ piſciũ ⁊. hec quoqꝫ ꝯmemorẽᷣ ꝙ ciuitatũ īfortunia erũt
maiora vel minora iuxta confederationẽ principũ ac etiã coꝝ prudentiã ⁊ fortitudinẽ
vt malis influxibus ꝑ celeſtia ꝯſilia obuiare valeãt qa ſapiens dominabitur aſtris dũ
modo aſtroꝝ ſpeculatores ꝯſulant aut celos ipſi met obſeruẽt vt futura mala ꝓcauere
poſſit aut ſaltẽ minus ledãt. Regiões ṽo predictoꝝ ſignorũ ſunt iſte tauri vz maurita
nia atqꝫ bemedat. Geminoꝝ ṽo armenia maior comedia cũ hiberia ⁊ albania capado
cia atqꝫ ningen cũ mẽticia ṽginis iudea ⁊ gallilea cũ ꝯſinio aufratris ⁊ inſula quadaz
ꝓſie piſaurũ cãdia ⁊ ciprũ. libre ṽo roma ⁊ grecia iſtria ⁊ italia vſqꝫ ad africã ⁊ meſiz
Sagittarii hipplen. ⁊ Ungaria piſciũ vero ſunt toletũ india ⁊ mare rubrũ inſule Ita
lie ⁊ grecie verſus ſiriã cũ alexadria. Hoc ẽt cõmemorandũz videᷣ ꝙ iſte regiões in
infortuniũ quodã ſorciẽtur Sz qm̃ infortuniũ potius ruit ꝯtra religionẽ xpianam ro
mam verſus quia chriſtiane ſecte ſignificatores iuppiter vz ⁊ mercurius erũt multuz
oppreſſi. Ideo infortuniũ in regionibus italie ⁊ romanoꝝ maxime patenter apparebit
extra vero italiã parũ qm̃ in italia ẽ ſedes anthiſtitis xpiane religionis cuius ſignifica
tores precedentes ob rationes erũt multũ oppreſſi mediolanũ ṽo qꝺ a ſagittario aut a
geminis gubernaᷣ cuius dñator multotiẽs fuit ac erit oppreſſus. quapropter ipſius do
minatores magna detrimenta ſortientur dominatoremqꝫ hec Ciuitas nouum eminen
tem ſortietur. Hec probantur propter tetragonam planetarũ ad ſagittarium irradiati
onem aut geminos martis. ſ. ⁊ Jouis oppreſſi ⁊ ſaturni in piſcibus faciendam in ianna
rio vertiginis. 14⁹4. hoc vnũ ꝯmemorandũ videtur ꝙ eodẽ anno. 14⁹4: 27. ſeptẽbris
Juppiter complectetur cum Capite Draconis quod naturam Jouis ⁊ veneris habet
quã ob coniunctionẽ in ṽgine futurã aliqua tractabunᷣ de pacis imiſſione inter italie
potentatus tamen effectũ profecto pacis nõ vaticinamur. Quapꝑ ẽt ſi ꝯcordia imitere
tur eẽt ſimulata: ⁊ iteꝝ bella renaſcẽtur ⁊ hoc ꝓfiteri cogimur ꝑꝑ ꝓcedẽtes malos in
fluxus ac potentes ac ẽt propter futuros ꝑꝑ quã ꝯiunctionẽ veri ſapiẽtes multa ꝯſeq

383

poterunt vt eorum p̃ces a deo exaudiantur vt conſiliator in ſuis differentijs proute
tur vbi reges grecorū ac egiptiorū ⁊ alij ſapiẽtes multa i tali cõſtellatiõe cõſequebãt
Conſentaneum rationi videtur poſtq̃ preuaticinati fuerimus preliorum inicia ac tan
torū malorum iminenciaꝫ vt etiaꝫ preliantiū victoriã p̄ ſignificemus ⁊ in hoc Illuſtriſſi
mi principes ac reges nobis veniam tribuãt qm̃ celū patentiſſimū eſt. Cui omnia a pie
tiſſimo deo ſignata ſunt vt preceteris animalibus nobis racionalẽ mentẽ largitus fue
rit vt celū ſpectando ſuã maieſtatã veneraremur ⁊ futura predicere valeamus vt ma
lis noſtra preuidentia obuiare valeamus. Ideo virtutis amore ac etiam principum
chriſtianorū quos ſemper veneror qui acelis concitarentur vt bella aſperrima exagi
tarent vt preuiſis eorum pernicioſis influentijs eorum rationali ac pia mente bellis
animum non inmictant vt noua regna conſequantur quonian contra celorum poten
tiam eorum vires exponerentur. Quã obrem nulli parti procliuior ea prenũcio que
omnium creator incelis patenter deſcripſit ac etiam ea que aſapientibus experta ſunt
⁊ in eorum voluminibus librorum ſcripta qui namq̧ cõmunes ſunt quapp quilibet
meum vaticinium viſurus non me parcialem iudicet cum autorum teſtibus noſtra
ſententia comprobetur. Quam obrem vt futurum victoriam conſecuturum preſcire
poſſimus in annis ſignificantibus prelia primo hali auenragel autorem conducemus
Im p̃te octaua ſui libri capitulo tertio qui ſic inquit. Et accipies ſignificationes victo
ris a locis duorū ponderoſorum in ſuis met ecentricis inſpiciendo quis eorū eſt ma
gis eleuatus quia ſi iupiter fuerit magis eleuatus ſaturno vincet ille qui ſurrexit aut
gentes que inſurrexerunt ⁊ econtra: quapp cum in coniunctione anni chriſti. 1464.
⁊ in hac oppoſitione ſaturni ⁊ iouis anni chriſti. 1494. ſemper ſaturnus fuerit ioue
ſublimior ⁊ hoc anno. 1494. non tantum hoc inforunio iupiter verberetur cum aſa
turno vincatur aſcenſuro ad ſuperiorem partẽ ecentrici ⁊ epicicli cum ſua directione
Sed etiam cum ſaturnus domum iouis opprimat ipſi ioui detrimenta inferendo ia
culando q̧ diametrales radios ac etiam ioue exiſtente retrogrado in oppoſito ſui do
micilij Quam obrem per has patentes pernicioſas influentias preuaticinamur no
ua regna inuaſuros ad detrimenta non modica incurſuros ⁊ eorum conquaſſationes
ſignificamus. Et cuꝫ iuppiter in domo mercurij fuerit omnes confederatiões que ſiẽt
erunt labiles cum multitudine verborum cum deceptione ⁊ contentione ⁊ amici in
cõſtãtes erũt quia vndecimū ſignum aſaturni ⁊ iouis oppoſitione eſt mobile hec pro
bãtur ab Albumaſare in magno ĩtroductorio ⁊ Ptolomeo in quatripartito ab alcha
bicio in ſuo introductorio ⁊ abomnibus aſtronomie profeſſoribus Inſuper qui bella
mouẽt inconſtantes erunt ⁊ incepta bella nõ diu proſequẽtur hec probantur propter
iouem retrogradum inſigno cõmuni ſecundū Albumaſarẽ in magno introductorio
libro ſecundo capitulo ſexto ⁊ aptolomeo tertio quatripartiti capitulo terciodecimo
⁊ ab alchabicio in ſuo ĩtroductorio ⁊ abomnibus aſtrologie profeſſoribus nõ admirẽ
tur vaticiniuꝫ inſpecturi ſapientes poſuiſſe iouem ſignificatorem illoruꝫ qui bella mo
uent ⁊ ſaturnum indicatorem regis inuaſi quieſcentis in ſuo regno quoniam iupiter
planeta inferior ſaturno eſt velocioris motus q̃ ſaturnus ideo iupiter hac conformita
te bellorum motori conſignatur ſaturnus vero quia tardioris motus regi in ſuo re
gno dominanti atribuitur ac etiam quia ſaturnus eſt ſignificator regū eſt ⁊ alia ratio
quoniam principes quum ſunt extra eorum dominia ſunt ſicud planete extra coruꝫ di
gnitates propterea ſaturnum verum ſignificatorem regum in eorum regnis dominã
tibus attribuerunt iouem vero inuadentium ſignificatorẽ conſtituerunt: ideo non mi
rū q̧ ab iſtis duobus planetis victoria futura precongnoſcatur ſecũdū fortitudinẽ aut
eorum oppreſſionem Planeta potentior eſt inſuperiori parte ecentrici ⁊ epicicli quia

d 8

propinquior primo motori ac ſtellis fixis vbi eorū lumina commiſcentur cum lumine
planete ac etiam quia radius ſuperior agit in inferiorem ⁊ eſt in parte excellentiori re
cte ergo Sapientes tales ſignificationes cōſtituerunt: Quam ob rem certiorem faci
mus inuictiſſimam Maieſtatem Regis Alfonſi Victoriam conſecuturam contra om
nes ſuam Maieſtatem inuaſuros precedentia ob celorum portenta. licet inſpexerim
quorundam ſermones ſimulantium ſe prophetas aut ꝙ voluerint preuaricinari gloſā
do/ſeu exponendo veras prophetias verorum prophetarum veteris teſtamenti quas
interpretando dicunt quendam Principem ſeu Regem multa regna ſubacturum et
ad Meridionales partes acceſſerum. Quapropter maximo ſtudio multis diebus die
noctuqꝫ vigilans prophetarum veteris teſtamenti inſpirationibus ſtudij ac vtruſqꝫ lin
gue cōmentatoribus vt comprehenderem ſi talia ſignificata ibi comperirentur. Et p̄
ſertim Danieli qui vltima rerum ventura prenuntiat a quo talia ſignificata eligi non
poſſunt ⁊ quando loquitur Vndecimo Capitulo de Rege aquilonis ſic dicens. Et cō
portabit agerem ⁊ capiet vrbes munitiſſimas ⁊ brachia auſtri nō ſuſtinebunt ⁊ ſtabit
in terra inclinata: ⁊ ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vniuerſum Regnum
Hoc intelligitur De Antiocho. Qui erat Aquilonaris reſpectu Jeruſalaim Qui pu
gnauit cum rege egipti ⁊ populum iſraeliticum conquaſſauit. Et etiam de Romanis
profecia intelligitur. De victoria vero cuiuſdam Regis in octauo capitulo Danielis
intelligitur de Alexandro greco qui eſt aquilonaris reſpectu ieruſalaim Quando aūt
erit prelium maximū in parte meridionali in ieruſalaim qui intelliget Danielis ſepti
mum capitulum ſic dicentis. Porro cornua decem ipſius regni decem reges erunt et
alius conſurget poſt eos ⁊ ipſe potentior erit prioribus ⁊ tres reges humiliabit: ⁊ ſer
mones contra excelſum loquetur ⁊ ſanctos altiſſimi cōteret: ⁊ putabit ꝙ poſſit muta
re tempora ⁊ leges ⁊ tradentur in manu eius vſqꝫ ad tempus ⁊ tempora ⁊ dimidium
temporis ⁊ qui intelliget trigeſimum primum ⁊ trigeſimum ſecundum capitulum ge
